

NAZIONALE
B. Prov.
coll.
8
28
NAPOLI
BIBLIOTECA
VITT. EM. III

BIBLIOTECA PROVINCIALE
48-4-28
Armadio
Palchetto
Num.° d' ordine 3
12279 e 30

Digitized by Google

111
5
5

B Prov
Coll 8 (28)

Digitized by Google

FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

ŒSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN.

HERAUSGEGEBEN

VON DER

HISTORISCHEN COMMISSION

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTHEILUNG.

DIPLOMATARIA ET ACTA.

XXI. BAND.

URKUNDEN DER BENEDICTINER-ABTEI ZUM HEILIGEN LAMBERT IN ALTENBURG

UND

DAS NECROLOGIUM DES EHEMALIGEN AUGUSTINER-CHORHERREN-STIFTES ST. PÖLTEN.

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1865.

Digitized by Google

I.

URKUNDEN DER BENEDICTINER-ABTEI

ZUM

HEILIGEN LAMBERT IN ALTENBURG,

NIEDER-ÖSTERREICH K. O. M. B.

VOM JAHRE 1144 BIS 1522.

GESAMMELT VON

HONORIUS BURGER,

ABT DES STIFTES.

II.

DAS NECROLOGIUM

DES EHEMALIGEN

AUGUSTINER-CHORHERREN-STIFTES ST. PÖLTEN.

MITGETHEILT VON

Dr. THEODOR WIEDEMANN.

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1865.

VA11525708

I.

URKUNDEN DER BENEDICTINER-ABTEI

ZUM

HEILIGEN LAMBERT IN ALTENBURG,

NIEDER-ÖSTERREICH K. O. M. B.

VOM JAHRE 1144 BIS 1522.

GESAMMELT VON

HONORIUS BURGER,
ABT DES STIFTES.

Vorrede.

Um auch von Seite des hiesigen Stiftes zur Landeskunde Österreichs ein Schärflein beizutragen, unternahm ich schon 1825 mit Bewilligung des Abtes Alois Messerer, meines Vorgängers, weil kein Archivar vorhanden war, die Urkunden des Stiftes durchzublättern, und Daten für eine Geschichte des Stiftes, dessen Pfarren und Besitzungen zu sammeln. Allein auf eine vom Stifte entferntere Pfarre übersetzt, konnte ich meinen Plan nicht verfolgen, und war erst im Jahre 1842, als ich zur Würde eines Abtes erhoben wurde, im Stande, das Archiv zu ordnen, die Urkunden zu copiren, Auszüge aus selben zu machen, und für die Veröffentlichung vorzubereiten, musste aber viele Jahre dazu verwenden, weil es meine übrigen Geschäfte nicht erlaubten, ununterbrochen daran zu arbeiten, und ich überdies des zu geringen Personalstandes wegen Niemanden als Archivar anstellen konnte. Im Jahre 1862 gelang es, eine geschichtliche Darstellung der Gründung und Schicksale

des hiesigen Stiftes, dessen Pfarren und Besitzungen, und mehrerer, die hiesige Gegend betreffenden Ereignisse der Presse zu übergeben, und so Gott will, werden einige Verbesserungen und Ergänzungen hiezu folgen. Was nun die Urkundensammlung betrifft, so übernahm die kais. Akademie der Wissenschaften die Drucklegung derselben, um sie in die *Fontes rerum Austriacarum* einzureihen, nachdem Herr Hippolyt Tauschinski die Urkunden in chronologische Ordnung gebracht, und mehrere, die noch nicht copirt waren, copirt hatte. So übergebe ich nun die älteren Urkunden des hiesigen Archives der Veröffentlichung, hoffend, dass in selben Manches enthalten sein dürfte, was bisher wenig bekannt war, oder was über Ein und Anderes Licht verbreiten könnte.

Stift St. Lambrecht zu Altenburg, 6. December 1864.

Honorius Burger,
Abt.

I.

1144, 25. Juli, Krems. — *Reginbert, Bischof von Passau, beurkundet und bestätigt die Stiftung des Klosters Altenburg durch Hildeburg, Witwe des Grafen Gebhard von Buige, und ihren Sohn, Grafen Hermann.*

Ego Regenbertus dei gratia Patauiensis episcopus cunctis ecclesie nostre fidelibus in perpetvum salutem a domino. Quecunque siue a principibus siue a quibuscunque Cbristi fidelibus ob salutem animarum et honorem fiunt ecclesiarum, eorum quam maxime longa scripto et testibus facienda est memoria, ut pariter religiose instituta iugiter inviolata permaneant, et posteri pie deuotionis exemplo prouocati, etiam ipsi suis quique temporibus pari studio sue suorumque saluti prouideant. Itaque domina Hildebvrch, undique a progenitoribus suis nobilissima, defuncto uiro suo felicis memorie comite Gebehardo de Bouige cellam quandam in monastica conuersatione sub beati Benedicti regula ad titulum beati protomartiris Stephani in loco fundi sui, qui dicitur Altenburch, una cum filio suo, domino uidelicet Hermanno, deo cooperante fundavit, ibique ob interccssionem anime sue et predicti comitis mariti eius Gebehardi, necnon et filii sui, una cum ipsa fundatoris eiusdem cenobii, denique pro cunctis fidelibus defunctis deo et sanctis suis perpetuum ordinavit obsequium. Cuius etiam deo prompta liberalitas bona infra subnotata in sustentacionem monachorum domino illic deseruientivm eidem ecclesie contulit, eamque collationem nullis reclamantibus testibus et nostro scripto pariter et sigillo rata undique contestacione roborauit. Quas siquidem decimarum porciones, quas iure et consuetudine antiquata semper optinuit, in barrochia, que Ornha dicitur, et Sanhecou et Toutendorf et Foukela et Stranzendorf cum omnibus suis pertinentiis prefata matrona cenobio sicut diximus a se constructo donavit. Et ut bec instituta contra defectionem, contra quorumlibet vsurpationes et occasionem firmitatem suam optineant, nouerint, quicunque actionem istam irritauerint vel bona huic ecclesie collata distraxerint, anathe-

matis uinculo auctoritate dei omnipotentis et nostra sese subiacere perpetuo. Quod si forte post nos aliquis episcopus aggressus fuerit vel mutare vel prorsus euacuare monachicam illius fundationis vitam, nummum quidem aureum quicunque illius domine per consanguinitatem proximus exstiterit episcopo suceessori nostro persoluat et quicquid a predecessoribus suis cenobio collatum fuit, quousque reformetur eorundem monachorum institutio, recipiat. Nos quoque ex parte nostra illic baptizari, mortuos quicunque uoluerint sepeliri permittimus, et, qui locum tucatur, predicte cognationis maior natu semper succedat aduocatus, et, quod pretereundum non est, fratres illius loci liberam optinentes electionem, cum opus fuerit, abbatem sibi cum dei uoluntate et nostra auctoritate unanimo et salutari consilio eligant et electum a quo ordinetur ad episcopum suum perducant. Testes subtitulatos tractis auribus predictis actionibus adhibuimus: comes Hermannus praefate domine filius, comes Adalbertus de Rebegou, Diethricus de Rouzmares, Chounradus de Rietenburch, Waltherus de Traiesem, Chounradus de Chrouge, Almar de Franchenrouthe, Pernoldus de S. Ypolito, Roudpertus de Rossespach, Rapoto de Sizenisdorf, Lanthfrid de Burgaerewisen. Actum est hoc pos incarnationem domini anno millesimo CXLIIII. Sub imperio regis Chouuradi. Data VII. Kal. Avgusti, apud Chremesam.

Originat im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel abgestreift.

II.

(1200—1204.) — *Wolfger, Bischof von Passau, bestätigt die Entscheidung einer Streitsache zwischen Hartnid, Pfarrer zu Hurwen und Dominik, Pfarrer zu St. Margareth an der Sirning.*

In nomine domini notum sit cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam et futuris, quod Hartnidus plebanus de Hvrwin in manifesto capitulo coram episcopo Wolfgero mouit querimoniam super Dominicum plebanum sancte Margarete: quod terminos et plebem parrochie sue irrationabiliter et iniuste sibi usurparet. Ad hec uerba Dominicus respondit dicens: quod capella sancte Margarete tali modo esset exempta antiquis temporibus a choro Patauiensi et a parrochia Hvrwin a nobilibus dominis de Rebegau, quod tam liberi quam et serui omne ius parrochiale ibi recipere deberent, preter

decimas maiores uidelicet frugum et denariorum. Et cum multociens querimonia ventilaretur coram prefato W. Patauiensis ecclesie episcopo et nichil terminaretur, quesiuit sententiam a magistris decretalium, quid esset facturus secundum quod iste affirmaret et alter negaret. Tandem magister Pelegrinus de Albrecbtisperge talem dedit sententiam, quod dominus episcopus ambobus diem peremptorium indiceret et Dominicus utrum per testes prenominatos uel per priuilegium demonstraret omni ocasione postposita exemptionem. Huic sententie omnis conuentus clericorum aquieuit. Tunc dominus episcopus, sicut per sententiam predictum est, ad proximum capitulum suum in Cremis eis diem peremptorium indixit. Facto autem die peremptorio uenit Dominicus cum domino suo abbate Winthero de Altinburcb et O. de Lenginbach Ratisponensis ecclesie aduocato, qui aduocatus eiusdem capelle est, et testibus prenominatis uiris nobilibus tam clericis quam laicis ex familia eiusdem aduocati, uidelicet Perhardo plebano de Pebeimchircbin, Rvdolfo Wirlingo, Gotfrido de Tozinbach, Ernesto de Stozinge, Vlrico dapifero, Alberone de Wislarin, Heinrico de Geswende, Sifrido pincerna, Heinrico Mucbtincb de Sichirbach, et aliis quam plurimis, quibus nota fuit causa. Postquam ergo dominus episcopus uenit ad capitulum et sedit ad iudicandum, surrexit H. plebanus de Hvrwin et inchoauit querimoniam suam. Tunc Dominicus testes suos statim presentauit. Presentatis uero testibus iudicio coniurauit eos uice sacramenti dominus episcopus, quod neque gratia aut odio uel timore alia uerba non proferrent, nisi rei ueritatem et noticiam cause. Illi uero iurauerunt et iuramento confirmauerunt dicentes, quod capella sancte Margarete iusto nomine antiquis temporibus Dvringerhoven uocaretur et quod esset exempta cum villa Schiltarin, que sita est prope aquam Antesin, a uenerabilibus dominis et dominabus de Rebegav a choro Patauiensi et parrochia Hvrwin, quod tam liberi quam et serui in predio dominorum illorum sito a monte Geswend usque Grvbe svpremum, a Grvbe usque Vilindorf, a Vilindorf usque Eichindorf, ab illa uilla trans aquam Grvbe, de Grvbe usque Pernouella, usque Oberbouen, de Oberhoven super montem Geswend et uillis infra iacentibus preter uillam Cbvnratstorf omne ius parrochiale aput capellam sancte Margarete recipere deberent preter decimas maiores frugum et denariorum, et concilium christianitatis, et, qui fuerint accusati in eodem predio, ambo corrigant et puniant. Et

dicebant, quod hec acta fuissent ante plantationem Chulivbensis ecclesie et aliarum multarum capellarum, que postmodum sint exemte de eadem parrochia. His omnibus iuramento confirmatis per sententiam decretalem dominus W. Patauiensis ecclesie episcopus municionis sue sigillo et priuilegio ius eiusdem rohorauit capelle atque renouauit et in possessionem misit ita tumtaxat, quod annuatim matrici ecclesie Hvrwin afferrent cum uexillis candelam qne deceret ad renouationem iuris eiusdem capelle. Hec acta sunt temporibus Philyppi regis, Wolfgeri episcopi, Livpoldi ducis Austrie, Sigehardi archipresbiteri, abbatis Wintheri de Altinburch. Huius rei testes sunt hii: Sigehardus prepositus Ypolitensis, Gotsalcus prepositus, Dietricus prepositus de Niwinbvrch, Otto scolasticus Ypolitensis, abbas Wintherus de Altinbvrch, Pilgrimus de sancta Agatha, comes Gebehardus puer, aduocatus Ratisponensis puer O. Dominicus, Sifridus de Mvtarin, Diethalmus plebanus, Wezilinus procurator de Hurwin, Sifridus de Chapelle, Rudolfus malignus, Heinricus Zabulus, qui fuit prothonotarius, qui et priuilegium composuit et scripsit, Gotfridus de Tozinbach et filii sui, Albero et filii sui de Wislarin, Pelegrinus de Revte et filii sui, Ernestus de Stozinge et filius suus, Sifridus pincerna et filius suus, Heinricus de Geswend, Alrammus de Mote et filii sui, Heinricus de Siehirbac, Vlricus et fratres sui de Aichpereh, Rudolfus et Timo, Perhtoldus de Chiriehstet, Albwinus de Wisin. Ceteri tam laici quam et clerici ut fuerunt in manifesto capitulo.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel halb zerbrochen.

III.

1210, 26. Juli, Göttweig. — *Leopold VI., Herzog von Österreich, bestätiget die Schenkung einer Besitzung zu Hafnerbach von Seite des weiland Friedrich Grafen von Hohenburg an das Stift Altenburg.*

Luipoldus dei gratia dux Austrie et Stirie omnibus, qui presentem cedulam aspexerint, salutem in perpetuum*. Res gesta labitur cum lapsu temporis, nisi scripti memoria perhennetur. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quia comes Fridericus de Hohenburch beate memorie uillicationem suam in Hauaenaerbach cum omnibus suis attinentiis ita cenobio in Altenburch delegauit,

* Bis hierher verlangerte Schrift.

ut post obitum suum in usus iam dicti cenobii cum omni iure libere traheretur. Post decessum uero prefati comitis F., cum suis prediis succederemus sicut de iure debuimus, supradicti cenobii abbas Pabo cum idoneo testimonio in nostra constitutus presentia delegationem pariter et donationem pretaxate uillicationis ecclesie sue factam, ut dictum est superius, obtinuit et probauit nobis eo tempore in loco Kottowico constitutis. Vt autem talis donatio inuiolata maneat in posterum, presentem cedulam sigillo nostro subscriptis testibus in memoriam facti constituimus roborari. Testes: Wernherus abbas de Sancta cruce, Wezelo abbas de Kottowico, Okkerus abbas de Lienenvelt, Heinricus et filius eius de Hertinstein, Hademarus de Kvnringin, Marquardus de Hintperch, Rvdolfus de Potendorf, Pilgrimus de Swarzenowe, Vlricus Strvino, Heinricus camerarius, Dietmarus de Ratelenberge, Eberhardus et filius eius Heinricus de Kruge, Heinricus et Engilbertus fratres de Dachbach, Dietmarus Kozzo, Gottefridus de Bvgen, Dietiricus Grello, Heinricus de Fuccla, Liutwinus de Ebinbrunnen. Actum in Kottowico, anno incarnationis dominice M.CC.X. indict. XIII. VII. Kal. Aug. per manus Vlrici notarii.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Das Sieget zerbrochen.

IV.

(1210?) — *Leopold VI., Herzog von Österreich, bestätiget die Schenkung einer Besitzung in Fürwald von Seite des weiland Friedrich Grafen von Hohenburg an das Stift Altenburg.*

Luipoldus dei gratia dux Austric et Stiric cunctis presentem paginam cernentibus in salutis auctore salutem perpetuam *. Quia uita mortalium per momentaneos defectus tamquam umbra pretereunte queque ab ipsis gesta nisi scripto mandata fuerint oblinioni facile traduntur, ea, que nostris temporibus affectu pietatis acta constat, placuit presenti mon'mento posterorum memorie sollerter commendare. Notum sit itaque uniuersis Christi fidelibus, quod Fridericus comes de Hohenburch pie memorie, cum in extremis laboraret, uillicationem suam in Vurwalde cum omnibus appendiciis suis, quam proprietatis iure possederat, in usus fratrum in cenobio Altenburch domino seruientium super altare beati Lamberti pro remedio anime sue per manus

* Bis hierher verlängerte Schrift.

ministerialium suorum disposuit delegari, tali uidelicet conditione, ut in loco prefato in sepulcro sue matris defunctus tumularetur, et a fratribus inibi diuinis officiis uacantibus tam eius anima quam parentum suorum assiduis orationibus deo commendaretur. Quo defuncto et ad cenobium sepe dictum a suis delato, presente Chvnrado comite de Hartekke et nostris ministerialibus quam plurimis pretaxate uillicationis delegatio et donatio, quam uoluntas eius dum adhuc uiueret exoptauit, per ministeriales ipsius rationabiliter completa est. Nos uero prediis eiusdem F. comitis absque herede defuncti, quia in termino ducatus nostri sita erant, secundum institutiones legum iure succedentes, a supradicti monasterii uenerabili abbate Pabone iam dictam donationem probabili testimonio coram nobis testificatam dignanter approbauimus et, ne quisquam inposterum quacunque occasione uel machinatione hanc nostre constitutionis paginam infringere uel uiolare presumat, eam nostri auctoritate sigilli subscriptis testibus confirmare decreuimus. Huius rei testes sunt: Chvnradus comes de Hardekke, Hugo de Wirberch, Heinricus de Hertinstein et filius eius Heinricus, Cholo de Steinekke, Heinricus de Stritwisen, Otto de Buchperch, Heinricus de Tvmbinowe, Pilgrinus de Swarzenowe et fratres eius Kaloch et Ortolfus, Gottefridus de Ziedoltsperge Heidinricus de Gorse, Chvnradus de Rietinbvrch, Engilbertus de Meizzare et filius eius Hartwicus, Heinricus de Dachbach, Eberhardus de Chrvge et filius eius Heinricus Heinricus de Sizzendorf, Vlricus de Pvgen, Heinricus de Grauindorf, Heinricus de Rorbach, Otto Fuhs, Almarus et filius eius Wichardus de Pvgin, Gottefridus de Pvgin, Gottefridus de Azilinsdorf, Dietmarus Chozzo et filius eius Heinricus. Heinricus et Dietricus de Fuccla, Dietricus Grelle.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 1 Siegel.

V.

(Circa 1223.) Horn. — *Der Dechant von Schleinz und der Pfarrer von Polau fällen als gewählte Schiedsrichter den Spruch in der Streitsache zwischen dem Abte von Altenburg und Augustin, Priester von Horn.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Decanus de Sleinze et plebanus de Polau arbitri electi ab abbate de Altenburc et Augu-

stino sacerdote de Horn hoc arbitrium protulerunt. Abbas omnes decimaciones habebit maiores et minutas in tota barrochia Horn preter decimales denarios et VII domos, Modric inferiori tres domos, Vmbsvaiffign vnam, Preitinaich vnam, Zuncra vnam, Mulueld vnam. Augustinus singulis annis dabit VI solidos abbati, tres solidos in epiphania, tres solidos in festo sancti Georgii. Augustinus de manu abbatis, vt purget non canonicam institutionem, recipiet investituram. Pro gratia abbatis et pro expensis Augustinus dabit abbati duas libras, unam in festo omnium sanctorum et unam in capite ieiunii. Pro contumeliis et probris sacerdotis et lesione seruorum Augustinus tempore processionis diebus dominicis tribus cum uirga discalciatus offeret se abbati petens veniam. Si episcopus inpetierit Augustinum de periurio sicut eis commiserat remittendum decreuerunt. Si abbas venerit contra arbitrium istud, XX libras stipulatus est arbitris, et obligauit se promittendo. Si Augustinus venerit contra arbitrium, promisit per stipulationem X libras, et suspensus erit a diuinis, donec coram arbitris satisfecerit. Preterea uterque fide data uice sacramenti ad obseruacionem arbitrii se obliganit. Acta sunt hec in ecclesia Horn coram abbate de Jerus et mag. Wernhardo de Sizendorf et aliis viris discretis clericis: Hessone de Stregen, Herdegno de Erlbach, Dietrico de Modric, Rapotone de Molt militibus; Ottone de Preitneich, Ditmaro Choz, Hvgone de Molt, Reinbotone de Horn blebanis; Alberone, Tolrone, Heinrico Wacherav, Ditmaro decimatore et aliis quam pluribus.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 3 Siegel.

VI.

1223, 4. März. Krems. — *Gebhard, Bischof von Passau, bestätigt den schiedsrichterlichen Ausspruch des Dechants von Schleinz und des Pfarrers von Polan in der Streitsache zwischen dem Abte von Altenburg und Augustin, Priester von Horn.*

Gebehardus dei gratia Patauiensis ecclesie episcopus omnibus presentem paginam inspecturis perpetuam in domino salutem. Cum inter A. sacerdotem de Horn et abbatem de Altenburch concertatio diutina verteretur super quibusdam prouentibus, quos idem sacerdos ad suam prebendam proposuit pertinere, partibus in nostra presentia constitutis, vt negocii series posset cicius expediri, decanum

de Slivnz et plebanum de Polan arbitros elegerunt, in quos fuit fide data et sub pena XX librarum ex parte abbatis et X librarum ex parte sacerdotis ad obseruationem arbitrii compromissum. Qvi auditis hinc inde propositis et cavse meritis plenius intellectis arbitrium protulerunt tale, videlicet quod abbas de Altenburch nomine ecclesie sue omnes decimationes habebit maiores et minores in tota parrochia Horn preter decimales denarios et septem domos, quas habebit sacerdos, in Moderiche inferiori tres domos, in Vmbeswaiffingen unam, in Praitenaich unam, in Zvnchra unam, in Mvluelden vnam. Sacerdos singulis annis dabit sex solidos denariorum abbati, tres solidos in epiphania, tres in festo S. Georii. Arbitrio itaque prolato et a partibus recepto ad nostram presenciam denuo sunt reuersi cum instancia postulantes, quatenus huiusmodi arbitrium dignaremur sibi suisque successoribus inposterum confirmare. Nos igitur utriusque ecclesie per inspectionem priuilegiorum et approbatam consuetudinem ivre pensato, cum per id, quod a nobis petebatũr taliter confirmari, ecclesie Hornensi noua non imponeretur nec uetus pensio augeretur, communicato proborum consilio ipsum arbitrium, sicut prouide et sine prauitate latum fuit et a partibus sponte receptum, sentencialiter diffiniuimus tam ab ipsis quam a suis successoribus inuiolabiliter obseruandum. Ne autem huius nostre auctoritatis confirmacionem quisquam debeat in posterum aut ualeat infirmare, presentem paginam sigilli nostri munimine decreuimus consignare. Huius facti testes sunt Chalhoh de Winzir, Eberhart de Johausdorf, Alberet de Possinmunster canonici Patauienses; Hadmar de Wesen, Walther de Tanneberch, ministeriales; Fridericus abbas de Jerus, Pilgrimus decanus de Slivnz, Daniel plebanus de Polan, magister Wernhardus de Sizzendorf, et alii quam plures. Acta sunt hec Chremis, anno domini M.CC.XX.III. quarto Nonas Marcii.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel zerbrochen.

VII.

1237, 9. März, Horn. — *Berthold und Diepold, Markgrafen von Hohenburg, treten dem Stifte Altenburg im Wege eines Vergleiches einige zwischen ihnen streitig gewesene Besitzungen ab.*

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, fratres Perhtoldus et Diepoldus marchiones de Hohenburch

salutem in eo, qui est uera salus. Notum uobis esse cupimus, quod, cum nos abbatem et conuentum de Altenburch super quibusdam prediis et curiis villicalibus et quibusdam areis et pascuis et nemore uellemus trahere in causam, que omnia dicebamus ad jus nostrum pertinere, ipsosque contra justitiam possidere, idem abbas et conuentus super predictis nobiscum amicabilem compositionem fecerunt, et nos omni juri et actioni, que nobis super premissis competere uidebatur, de bona uoluntate renunciauimus, ita quod predicti fratres omnia premissa debeant de cetero quiete et inconcusso jure possidere, et nec per nos, nec per posteritatem nostram super eisdem possessionibus aliquam molestiam sustinere. Vt autem hec omnia rata et firma permaneant, ad perennem certitudinem presentem paginam sigillorum nostrorum appositione roboramus. Hujus facti testes sunt: Otto de Slvnze, Hertwicus de Wilperch, Otto de Chvnigesvelde, Heinricus Grelle, Dietricus Chotze, Ortolfus Rovbaer, Pilgrimus de Grvbe, Albero de Ettenhart, Almarus de Fvkela, Poppo de Stranis, Ernestus plebanus de Horn, Minhardus ferrarius, Heinricus Cyrke, Schiemaer, Heinricus Boemus, Otto Molendinarius, Vlricus Boemus, Chvnradus de Hageliten, Heinricus frater ejus, Livpoldus carpentarius, Gervngus, Wichardus, Egelolfus, Vlricus fratres de Altenburch, et alii quam plures. Acta sunt hec in Horn in domo Minhardi Eisenfvraer. Anno dominice incarnationis M. CC. XXXVII. VII. Idus Martii, indictione X.

Original im Stifte Altenburg. Pergament, mit den Resten der beiden Sieget.

VIII.

1237, 29. März, Wien. — *Berthold und Diepold, Markgrafen von Hohenburg, überlassen dem Stifte Altenburg das Eigenthumsrecht auf das Lehen des Otto Vikil.*

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspicientibus P. (Pertholdus) et D. (Diepoldus) marchiones de Hohenburc salutem in vero salutari. Notum vobis esse cupimus, quod ius, quod ad nos spectabat, super beneficio Ottonis, qui cognominatus est Vikil, ad petitionem ipsius Ottonis secundum consilium Ottonis de Chvnisgisvelt et Heinrici Grellonis, in Purcstal sito, ecclesie in Altenburc et fratribus ibidem deo seruientibus volun-

tarie tradidimus. Quod factum vt ratum maneat, sigillis nostris roboramus. Testes huius facti sunt: Otto de Chunisvelt, Heinricus Grello, Otto Vikil, Hertwik de Wiltperch, Ortolf Rauber, Pilgrim de Grube, Albero de Ettenhart, Heibisman. Chunradus de Hageleitin, Hugo de Ertpurc. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M.CC.XXX.VII. IIII. Kalend. Aprilis, Ind. X. in Winna in domo Haunlini burgensis. Testes sunt adaucti, Almar de Vvkla, Vlrich Frie, Heinricus Beuger, Otto Roschel, Gotfrit, Herman de Vvkla.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 2 Siegel (schlecht erhalten).

IX.

1251, 6. Februar, Wien. — *Gertrude, Herzogin von Österreich, schenkt dem Stifte Altenburg die Pfarre Röhrenbach als Ersatz des Schadens, den ihr verstorbener Gemahl, Herzog Hermann, demselben zugefügt hatte.*

Nos Gerdrudis dei gratia ducissa Austrie et Stirie vniuersis innotescere uolumus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod, cum sciamus anime nostre salutis remedium comperari, quando eorum inopiam releuamus, qui ex institucione sancita in omnipotentis dei seruiciis legittime militant et deuotant, abbati de Altenburch totique conuentui ibidem domus sancti Lamberti ad recompensanda dampna et dispendia multimoda, que dicta ecclesia a predilecto marito nostro pie memorie duce Hermanno multiformiter dinoscitur recepisse, ecclesiam in Roreupach, contingentem nos iure patronatus, cum omnibus attinenciis eius contulimus perpetuo possidendam. Ut autem hec nostra concessio inconuulsa et omni permaneat euo rata, in euidens testimonium et cautelam presentem ei cedulam exhibemus cum appensione sigilli nostri, adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina sunt hec: comes Chunradus de Wazzerburch, Heinricus pincerna de Habspach, Heinricus de Lichtenstein, Otto de Meissov, Vlricus de Habspach, Wernhardus et Heinricus fratres Prvzelini, Vlricus camerarius de Hittendorf, Ortolfus de Schiltarn, Chunradus Lonholz, Ditherus de Himperch, milites; Otto plebanus de Medelich notarius noster, et alii quam plures. Acta sunt hec Winne, anno ab incarnacione domini M.CC.Ll. proxima feria secunda post purificacionem sancte Marie.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel beschädigt.

X.

1252, 23. November, Krems. — *Margaretha, Herzogin von Österreich, schenkt dem Stifte Altenburg die Pfarre Röhrenbach.*

Nos Margareta dei gratia ducissa Austrie et Stirie ac marchionissa Morauie notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod cum sciamus anime nqstre salutis remedium comparari, quando eorum inopiam releuamus, qui ex institutione sanccita in omnipotentis dei seruiciis legitime militant et deuotant, abbati de Altenburch totique conuentui ibidem domus sancti Lamberti ecclesiam in Rorenbach, contingentem nos iure patronatus, cum omnibus attincntiis eius contulimus possidendam, ita tamen ut cuiuslibet ius sit saluum. Vt autem hec nostra concessio inconuulsa et omni permaneat euo rata, in euidens testimonium et cautelam presentem eis cedulam exhibemus, nostri sigilli munimine roboratam. Datum in Chrems anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, in die beati Clementis.

Zwei Originale im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel zerbrochen.

XI.

1255, 5. August, Wien. — *Schiedsspruch in der Streitsache des Stiftes Altenburg und des Reinold, Sohnes der Frau Jutn von Marchartsdorf, betreffs einiger Plätze in der Kumpflucken vor Wien.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Heinricus de Merswanch, Rudgerus Baltrammus fratres de Wienna, vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Cum super iure proprietatis XXIIII arearum foras muros ciuitatis Wiennensis in Chumphenlvche sitarum inter Reinoldum, filium domine Guete de Marchartzstorf, ex parte una, et dominum abbatem de Altenburch et suum monasterium ex altera questio moueretur, tandem nobis mediantibus a parte utraque talis composicio est recepta, quod Reinoldus, acceptis a domino abbate xij solidis denariorum, uoluntarie cessit liti, ita quod dominus abbas et suum monasterium predictas arcas pacifice deinceps et libere possiderent. Et ne a fratribus sepedicti Reinoldi aut liberis ipsorum noua in posterum super easdem arcas possit questio suboriri, super hoc Rudgerus et Baltramnus fratres memorati defensores earumdem arearum Alten-

burgensi monasterio fide interposita se perpetuo confirmarunt. Igitur ut hec composicio et defensio firma et inuiolata consistere debeat omni evo, presens scriptum domino abbati et suo monasterio dedimus sigillo ciuitatis Wiennensis et nostris pariter roboratum. Acta sunt hec in ciuitate Wienna, anno domini M.CC.LV. in die sancti Oswaldi. Huius rei testes sunt: dominus Marquardus decanus de sancto Pangratio, dominus Chunradus de Grifenstein et gener suus Chunradus Pibro et filius suus Ch(unradus), dominus Perh(toldus) camerarius et frater suus Wernherus, Hertwicus Circhpr̊chel, Livpoldus notarius magistri Gerhardi plebani Wiennensis et alii quam plures.

Original im Stifte Attenburg. Pergament. 3 Siegel (das mittlere zerbrochen).

XII.

1257, 20. April, Lateran. — *Papst Alexander IV. bestätiget dem Stifte Attenburg alle Besitzungen, Güter und Rechte, und nimmt es unter den päpstlichen Schutz.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de Altenburch ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que impresenciarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis prestante domino potestis adipisci sub beati Petri . . . . . protectione suscipimus. Specialiter autem terras, domos, possessiones, pascua, siluas et alia bona nestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XII. Kal. Maij, pontificatus nostri anno tertio.

Original im Stifte Attenburg. Pergament. Die Bulle fehlt.

XIII.

1260, 7. Februar, Altenburg. — *Gerung und Friedrich, die Brüder von Hertenstein, geben dem Stifte Altenburg zwei Lehen zu Haselbach.*

Gerungus iunior et Fridricus fratres de Herteustain vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Quia benigna dei prouideneia fidelibus suis eatenus consuluit et prouidit, ut elemosiuis suis sua redimere peeamina ualeant in hoc mundo, hine est, quod nos eirea liberacionem anime patris nostri defuneti, Gerungi uidelieet senioris de Herttenstain, miseracione moti sicut decuit filiali, duo beneficia in Haselpaeh ad eenobium saneti Lamberti in Altenbureh, vbi etiam sepeliuimus patrem nostrum, tum pro eonmutaeione euiusdam beneficii et molendini aput Zwinsin, que olim pater noster eidem dederat eenobio, tum etiam, ut recordaeio patris nostri a fratribus illie deo famulantibus ingiter habeatur, tradidimus tam libere quam deuote, inuitante nos ad hane deuocionem pietate venerabilis abbatis eiusdem eenobii Vdalriei, qui cum patre nostro, dum uiueret, amieieiam contraxerat speeialem. Vt autem hec nostra tradieio perpetuo maneat ineonuulsa, presentem paginam sepedieto dedimus eenobio sigilli patris nostri et nostri muniminc roboratam. Huius rei testes sunt: Heinrieus de Plenich, Ortolfus de Ronnbereh, Otto de Chungesvelt, Engelbertus Rebstoeh, Vlrieus Turkendorfer, Heinrieus de Steinpaeh, Heinrieus de Paeh, Chunradus Hover, Leupoldus de Vnzesprun, Otto de Stanegestorf et alii quam plures. Aeta sunt hec in eodem eenobio anno domini M.CC.LX. septimo Idus Februarii.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 1 Siegel.

XIV.

1262, 22. September, Wien. — *Abt Ulrich und der Convent von Altenburg bevollmächtigen den Magister Richard als ihren Procurator vor dem Bischof von Olmütz oder dessen Delegaten in ihrer Streitsache mit dem Priester Andreas betreffs der Kirche zu Röhrenbach.*

Nos Ulrieus dei gratia abbas de Altenburge eiusdemque loci fratres ordinis saneti Benedicti Patauiensis diocesis uniuersis presentes litteras inspecturis uel audituris eupimus fore notum, quod in eausa, que inter nos ex una parte et Andream sacerdotem ex altera

vertitur coram venerabili patre Olmuscensi episcopo vel eius subdelegato, quicunque sit, super ecclesia, que dicitur Rorenphac, magistrum Ricardum presentium exhibitorem nostrum constituimus procuratorem, ad excipiendum, defendendum et contradicendum et, cum uiderit expedire, ad respondendum, et si necesse fuerit, ad appellandum et generaliter ad omnia alia facienda, que nos in personis essemus propriis facturi. Damus eciam liberam facultatem eidem magistro, cum uiderit expedire, alium procuratorem substituendi. Ratum autem et gratum promittimus nos habituros, quicquid idem magister uel procurator ab eo substitutus in predicta causa nostro nomine duxerit faciendum, ac eum ab honere satisdationis releuamus. Datum Wienne in die sancti Mauricii sociorumque eius anno domini M.CC.LXII.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 1 Siegel.

XV.

1265, 24. Februar, Krug. — *Otto von Meissau beurkundet die Schenkung eines Lehens in Fraunhofen von Seite der Gertrude von Fuglau, Tochter des Konrad Amsel, an die Kirche zu Strögen.*

Vniuersis presentem paginam inspecturis Otto dictus de Missowe quicquit potest aput dominum adoptare. Quia rerum ordinationes multociens inmutantur, necesse est, quod per idoneum testimonium perhennentur. Quum ergo Gertrudis de Vukkla, filia Chunradi Amselonis, ecclesie sancti Petri proprietatem cuiusdam feodi in Vronhoven ad censum decem denariorum contulit propter deum, ne in posterum ab aliquibus reuocetur aut dubium desuper oriatur, dignum duximus nostri sigilli munimine roborare, cum testimonio domini Hadmari de Ottenstain et duorum filiorum suorum Ottonis et Hadmari, Chunradi Pochswthonis, Herbordi de Heinreichs, Libardi de Waltreichs, Chunradi et fratris eius Popponis de Stranais, Alberonis de Zudings, Chunradi de Ekkenstain et filii sui Ottonis, Rimbotonis de Sulze, Fridrici de Weiden, Heiurici de Walkerstain, Ditrici mutari de Horn, Chunradi uillici de Vronhoven, Heinrici Stadeles de Vronhoven, qui huic collacioni unanimiter affuerunt. Datum in Chrug anno M.CC.LXV in die sancti Mathie.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 1 Siegel.

XVI.

1265, 15. Juli, Altenburg. — *Abt Ulrich und der Convent von Altenburg fordern zu Beiträgen zum Bau der verfallenen Klosterkirche auf, und verkünden den derselben verliehenen Ablass.*

Vlricus diuina miseracione abbas in Altenburch totusque conuentus hanc litteram inspecturis salutem et orationes in domino. Quum ex prime contagionis vicio quisquis mortalium assidue in culpam relabitur, necesse est, ut peccata nostra largicionibus elemosinarum diluamus. Hec est enim illa preambula suffragatrix, per quam ymago deperdita recuperat gaudia paradysi. Hanc siquidem sacre scripture stilus spiritu sancto monstrante describit, est elemosina, que lauat abluitque omnia peccata, quibus humana fragilitas iugiter sordidatur. Cum igitur conuentualis ecclesia in Altenburch antiquitus sit edificata et consecrata in honore sancte trinitatis, sancteque gloriose virginis Marie, sanctique martiris et pontificis Lamperti, que etiam pre nimia uetustate in muris et in tectis aliisque ornatis ecclesie est dilapsa, rogamus et exoramus uos in domino, ut manum beniuolencie et uocem pietatis ad plebem vestram uobis commissam beniuole et gratuite in gratiarum actione superaddatis. Episcopi vero consecrantes ecclesiam conuentualem sepedictam et cappellam gloriosi martiris Viti hanc indulgentiam indulserunt vterque ipsorum XL dies criminalium, et annum venialium in Christo Jesu domino nostro. Nos vero de omnipotentis dei gratia et gloriose virginis Marie, gloriosique confessoris Benedicti, fraternitatem conferimus tocius ordinis orationibus, vigiliis, ieiuniis, elemosinis et missarum sollempniis, siue clericis atque laicis in Christo Jesu domino nostro. Datum in Altenburch, anno incarnacionis domini M.CC.LXV. Ydus Julii.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel sehr entstellt.

XVII.

1266, 16. März, Eggenburg. — *Chadold Wehinger, Marschall in Österreich, schenkt dem Stifte Altenburg zwei Mansen in Haselbach.*

In uomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Chadoldus dictus Wehingerius marschalcus Austrie vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Quia pia progenitorum meorum deuotio non nulla de hiis, que temporaliter possederunt,

sacris post mortem cenobiis donaria reliquerunt pro suarum remediis animarum, placuit etiam michi exemplo eorundem, de rebus ad me iure hereditario deuolutis aliqua in dei seruicium elargiri. Hinc est, quod, instinctu dei et monitis domini Vdalrici abbatis de Altenburch mediantibus, duos mansos in Hasilbach, ad me iure hereditario pertinentes, cenobio sancti Lamperti in Altenburch cum omni iure meo libere delegaui, vt fratres ibidem deo famulantes animas progenitorum meorum suis orationibus aput deum commendatas habeant, et pro meorum remissione peccatorum aput deum iugiter intercedant. Vt autem hec mea delegatio certitudinem plenam capiat et perfectam, presentem paginam hinc inde confectam memorato abbati et suo cenobio in Altenburch liberaliter exhibui sigilli mei munimine roboratam. Huius rei testes sunt: dominus Chadoldus dapifer de Velsperch, dominus Heinricus de Sevelde, Fridericus de Porsinprunne, magister coquine, Vlricus Merzo, Otto de Tirenstein, filius domini Arnoldi de Spizze, Reimhoto de Sulze, Vlricus Gruber, Heinricus Wedelinger, et alii quam plures. Acta sunt hec Egenburch, anno domini M.CC.LXVI. XVII. Kal. Aprilis.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Das Siegel theilweise zerbrochen.

XVIII.

1272, 27. Mai, Horn. — *Herbord von Steindorf beurkundet die durch Vermittlung des Abtes Ulrich von Altenburg erfolgte Beilegung seines Streites mit einigen Bürgern von Horn betreffs zweier Beneficien in Horn.*

Ego Herbordus de Steindorf notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod cum ego contra quosdam burgenses de Horn, videlicet Liutoldum, Vlricum, Vlricum, et Gerdrudim viduam, super duobus beneficiis in Horn sitis litem mouissem, et eosdem super eisdem beneficiis coram indicio conuenissem, et assererem proprietatem eorundem beneficiorum ad me iure hereditario pertinere, et ipsi contra assererent, quod pater meus dominus Herbordus de Steindorf, cum fratre suo domino Heinrico de Steindorf, cum omnibus heredibus eorum, predictis ciuibus eadem beneficia libere vendidissent, et ipsi ciues eadem beneficia pluribus annis quiete et pacifice possedissent, ego et ipsi ciues, vt super hoc aliquod medium inueniretur, consilia habui-

mus quam diuersa; tandem, consilio prnborum et discretnrum virorum mediante, dominus Vdalricus venerabilis abbas ecclesie Altenburgensis arbiter est electus, qui ex consensu vtriusque partis tale protulit arbitrium, vt prefati ciues quartum dimidium talentum denariorum Wiennensium michi persolnerunt, et arbitrium domini abbatis sine contradictione qualibet ratum esset, tali uidelicet pacto, vt proprietas eorundem beneficiorum ex parte ad cenobium sancti Lamberti in Altenburch ad censum duodecim denariorum, et ad parrochiam sancti Stephany in Horn, ad censum dūodecim denariorum ex parte altera iure perpetuo debeat pertinere. In huius rei memnriam perpetne et perhennem dominus Vlricus venerabilis abbas de Altenburch suum sigillum, et dominus Stephanus de Missan suum sigillnm, cum men sigillo presenti pagine pariter adpendebant. Testes huius facti sunt: Dominus Ortolfus de Runnherch, dominus Chonradus et Jonfridus fratres de Puchperch, Chonradus miles de Vunnvelde, Ortolfus miles de Pratenach, Herbordus, Chunradus, Vlricus fratres de Molt, Heinricus de Pach, Hertwicus, Engelbertus, Otto, Heinricus fratres de Wicperch, Heinricus de Walkerstein, Ditricus Razzer, Gotfridus, Herbordus, Heinricus villicus, ciues de Horn et alij quam plures. Acta sunt hec in Horn, anno domini M.CC.LXXII. VI. Kalend. Junij.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Alle 3 Siegel etwas beschädigt.

XIX.

1275, 4. December, Altenburg. — *Heinrich von Pleinstein bezeugt die Schenkung eines Ackers zu Wezels von Seite eines gewissen Albert an das Stift Altenburg.*

Ego Heinricus, dictus de Pleinstein, notum facio vniversis presentem paginam inspecturis, quod Albertus aream vnam in Wezels sitam, quam Ditricus frater suus defunctus adhuc viuens ab vxore mea domina Margareta iure tenuit fendali, de consensu et bona voluntate mea et vxoris mee, domine M. iam predicte, ad quam eiusdem aree proprietas pertinebat, ob remedium anime fratris sui Ditrici ecclesie sancti Lamberti in Altenburch libere delegauit. In cuius rei testimonium domino Vlrico venerabili abbati, et conventui eiusdem ecclesie presentem cedulam tradidi sigilli mei munimine

roboratam. Huius facti sunt testes Chunradus Fruchtinger, Dietricus de Hovelein, Heinricus dictus Pernekker et alii quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno domini M. CC.LXXV. II. Nonas Decembris.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel beschädigt.

XX.

1276, 21. Juni, Altenburg. — *Stephan von Meissau beurkundet die durch gewählte Schiedsrichter erfolgte Ausgleichung des Streites zwischen dem Stifte Altenburg, Chalhoch von Eissensdorf und Ortlin von Taurais betreffs einiger Besitzungen des verstorbenen Ritters Otto von Chunsfeld.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat, discretorum uirorum prudentia solet eas litterarum apicibus eternare. Nos igitur Stephanus de Missawe vniuersis notum fieri cupientes tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod cum inter venerabilem dominum Vdalricum abbatem ecclesie Altenburgensis et ipsius conuentum ex vna parte, et Chalochum de Eissensdorf et Ortlinum de Taurais seruitores nostros nomine suo et parentum suorum ex parte altera, super quibusdam possessionibus, quas predictus dominus abbas de Altenburch a domino Ottone pie memorie milite de Chunsvelde de consensu et beniuola voluntate domine Chunigundis vxoris sue, propter deum et animarum suarum remedium sempiternum affirmabat sibi et ecclesie sue donatas esse pariter et legatas, et ex eo sibi ius competere in eisdem, predicti vero Chal. et Ortlinus seruitores nostri e contra asserebant aliquas predictarum possessionum ad se esse iure successorio devolutas, questio verteretur, proborum uirorum consilio mediante, ac nostro accedente consensu et pia uoluntate, vtraque partium predictarum arbitris questionem suam decreuit committere, saluo tamen iure partis utriusque, si per arbitrium nequiuerint concordari. Sane duobus a parte domini abbatis electis, videlicet domino Ortolfo de Runwerch et Heinrico de Walkerstein, duo alii ab aduersa parte scilicet Engelbertus de Wilperch et Ludwicus de Marchartsdorf pro arbitris eliguntur, et quintus videlicet dominus Hadmarus de Sunwerch, super predictos quatuor constituitur arbitrisque. Qui tamquam uiri nobiles et discreti pari consensu communiter arbitrantur, partes primo debere concorditer se habere, nichilominus partem que

ipsorum contradiceret arbitrio in triginta libris Wiennensis monete ipsis soluendis districtius eodempnantes. Ad quam poenam cum se partes si ipsorum contradicerent arbitrio obligassent, arbitrati sunt, vt Chal. et Or. et ipsorum amici beneficium fabri in Newenchirchen, et aream unam in Vunvelde, et agros ibidem, sex iugerum circa turrim, et pratum in Fraucheuruth possiderent, suis inposterum successoribus relinquenda. Cetere vero possessiones, videlicet predium in Chrotendorf, minor curia et due arec in Vurebalde, area vna in Niwenchirchen et pratum de quo Wilpergerii seruiunt denarios sexaginta, ecclesie Altenburgensi et fratribus ibidem deo seruientibus remaneant sine contradictione qualibet perpetuo possidende. Insuper arbitrantur, vt predicti Chal. et Or. proprietatem cuiusdam beneficii in Fukla siti, quod ecclesiam asserebant obligationis tum titulo possidere, ad altare sancti Lamberti, et ad manus domini abbatis resignarent, ne sibi suisque successoribus contra fratres ecclesie memorate proprietas beneficii nominati esset in posterum occasio questionis, sed omnis inter eos tolleretur materia discordandi cuius beneficii proprietate resignata. Placuit partibus ratum teneri arbitrium per predictos quinque viros nobiles in multorum presentia promulgatum. Volentes itaque indempnitati ecclesie prelibate, cuius iura ex mandato domini nostri magnifici regis Boemie conseruare tenemur, et ab omni iniuria defensare, in posterum precauere, et que sibi a domino Ottone bone memorie milite de Chunsvelde legata sunt presentibus confirmare, tam honorabilium virorum arbitrium, ab utrisque partibus admissum, ne ab aliquo in futurum debeat irritari, aut simultate qualibet revocari, cum subnotatione testium, qui presentes aderant, duximus conscribendum. In huius rei testimonium exhibentes monasterio prelibato presentem paginam hinc inde confectam sigilli nostri, et sigillorum nobilium virorum ministerialium Austrie, domini Hadmari de Sunberch, domini Adeloldi de Chyawe, domini Ortolfi de Ronwerch munimine roboratam. Cum testibus qui sunt hii: dominus Hermannus miles de Missawe, dominus Ortolfus miles de Pratencich, dominus Herbordus miles de Molth et fratres sui, Chunradus et Vlricus, Engelbertus, Heinricus, Otto, fratres de Wilperch, Ludwicus de Marchartsdorf, Heinricus de Walkerstein, Poppo de Pevgen, Wipoto ibidem, Perhtoldus, Prehtlo, fratres de Grŭb, Heinricus, Engelbertus, fratres de Pach, Otto Polsterer, et alii

quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno domini M.CC.LXX. XI. Kal. Julii, indictione IIII. concurrente III. epacta III.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 4 Siegel.

XXI.

1279, 23. December. — *Heinrich von Streitwisen bestätigt die von seinem Vater Marquard von Streitwisen testamentarisch gemachte Schenkung eines halben Beneficiums in Watzelsdorf an das Stift Altenburg.*

Ego Heinricus de Streitwisen notum facio vniversis presentes litteras inspecturis, quod pie recordationis pater meus dominus Marchardus de Streitwisen in extremis laborans, et dolore nuncio finem vite sue senciens prope esse, de salute anime sue sollicitus, elegit aput ecclesiam sancti Lamberti in Altenburch sepulturam, et in remedium anime sue ac parentum suorum eidem ecclesie et fratribus ibidem deo seruientibus delegauit in testamento dimidium beneficium in Waeceleinsdorf situm, quod ad ipsum iure proprietario pertinebat, petens a me per dominum Adloldum de Chyawe, vt hec sua legatio per consensum mevm et voluntatem benivolam firmaretur. Cuius peticioni tamquam pie et rationabili consentiens, ad altare sancti Lamberti in Altenhurch, et ad manus domini Vdalrici venerabilis abbatis iam predictum dimidium beneficium resignaui. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi feci, et sigillo bone memorie patris mei, nec non sigillo domini Adloldi de Chyawe, quia proprio sigillo carui, iam predicte ecclesie tradidi communatis. Testes huius facti sunt: dominus Adloldus de Chyawe et filius suus Heinricus, dominus Herbordus de Steindorf, Otto Vleduicer, Chunradus balneator, et filius suus Pilgrimus, Chunradus Gnevsso et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXVIIII. X. Kalendas Januarii.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Ein Siegel vorhanden (etwas beschädigt), eines fehlt.

XXII.

1281, 1. Mai. Altenburg. — *Ulrich, genannt Merzzo von Kotzendorf, vermacht dem Stifte Altenburg, wo er seine Grabstätte erwählt hat, einen Hof zu Feinfeld.*

Notum sit vniuersis Christi fidelibus, ad quos peruenerit presens scriptum, quod ego Vlricus dictus Merzzo de Chotcendorf, ex instintu diuino, sollicitus de salute mea, elegi michi post tempora vite

mee aput ecclesiam sancti Lamperti in Altenburch sepulturam, promittens fide data ad manus dominj Vlrici, venerabilis tunc abbatis, ac fratrum ibidem, hoc me numquam velle propositum violare, recipiens nichilominus a predicto domino abbate ac eiusdem ecclesie fratribus hoc promissum, quod vbicumque in terminis Austrie contigerit me claudere diem mortis, ipsi me ibidem recipere debeant et sepeliendum ad suam ecclesiam deportare. Quia vero pro metendis eternis cunctis mortalibus expedit, temporalia seminare, hinc est eciam, quod ego de consensu et beniuola voluutate vxoris mee domine Mebthildis, et omnium beredum meorum, videlicet Ottonis, Wichardi, Cbunegundis et Margarete, ob remedium anime mee ac parentum meorum, ad predictam ecclesiam sancti Lamperti in Altenpurch legaui curiam vnam in Fuenvelde sitam, talentum denariorum annis singulis exsoluentem, que ad me iure proprietario pertinebat. Ex quibus denaris sexaginta ad capellam sancti Viti pro lumine ordinaui, reliquos vero sex solidos in alios vsus ecclesie exspendeudos. Vt autem bec mea donatio sive legacio firma et inconuulsa debeat imposterum permanere, presentes litteras feci scribi, et easdem ecclesie tradidi supradicte. Cum nominibus testium, quorum primus est dominus Adloldus de Cheyowe, cuius etiam sigillo, quia proprio carui, presentes petiuj litteras roborari. Ceteri testes sunt: dominus Ortolfus de Ronberch, dominus Poppo de Pevgen, dominus Heinricus de Pach, Heinricus Dahpech, Vlricus et Chunradus fratres sui, Chunradus de Sancta Maria, Hugo de Molt, Gotshalcus de Fronhoven, Prehtlo de Chrueg, Albero de Walkerstein, Otto de Widen, Chunradus balneator de Gors, Vlricus Wienner, Ditlo de Altenburch et alij quam plures. Datum et actum in Altenburch, anno dominj M. CC. LXXXI. Kalendas Maii.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. Ein Siegel.

XXIII.

1281, 20. Mai. Altenburg. — *Heinrich von Plank verkauft dem Stifte Altenburg ein halbes Beneficium zu Zellerndorf und verpfändet zur Sicherheit seine Mühle in Plank.*

Quia sepe tollit oblinio mentibus ab humanis, quod non est vocibus testium, nec scripturarum apicibus roboratum, notum ergo sit Christi fidelibus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc

litteram inspecturis, quod ego Heinricus de Plenich de consensu et benivola voluntate vxoris mee domine Gerdrudis, vendidi pro triginta talentis denariorum Wiennensium vno minus, alterum dimidium beneficium in Celdrendorf situm, quod ad me iure proprietario pertinebat, domino Vlrico venerabilj abbatj in Altenburch et sue ecclesie, ac easdem possessiones super altare sancti Lamberti in Altenburch resignaui. Et licet eedem possessiones post mortem amite mee domine Margarete ad me fuerint specialiter iure successurio deuolute, et ex eo liberiorem potestatem habuerim has vendendi, tamen propter filium meum Sifridum adhuc in triennio constitutum, et propter alios qui iam dictam ecclesiam pro predictis possessionibus possent calumpniose imposterum supervacuis impetitionibus molestare, eqvevalentes possessiones, videlicet molendinum meum in Plenich monasterio supradicto assignaui tam diu detinendas, donec pro consilio domini Stephani de Myssawe marschalci Austrie eiusdem ecclesie aduocati confirmationem sufficientem ipsi abbati et suo monasterio de comperatis aput me possessionibus exhibeam, ut est iuris. Et ut contractus huiusmodj emptionis ratus et firmus debeat inposterum permanere, presentes litteras exinde confectas ecclesie tradidi supradicte, sigillorum videlicet domini Stephani de Myssawe marschalci Austrie, atque mei, munimine roboratas. Cum nominibus testium, qui sunt: dominus Hadmarus de Sunberch, dominus Adloldus de Chyauue, dominus Wolkerus et dominus Rapoto purchrauij in Gorhs, dominus Ditmarus miles de Hadmarstorf, dominus Chunradus miles de Gerut, dominus Ortolfus miles de Prateneich, dominus Vlricus dictus Merzo miles de Chozendorf, Otto, Heinricus, fratres dicti Grecі de Vreitschlarn, Poppo de Peugen, Wipoto ibidem, Heinricus Dachpech, Gotschalcus de Vronhoven, Heinricus de Walkerstein, Meinhardus de Leubendorf, Herwicus de Sleunz et alii quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno domini M. CC.LXXXI. XIII. Kalendas Junij.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 2 Siegel.

XXIV.

1281, 25. Mai, Altenburg. – *Abt Ulrich von Altenburg gibt das von Heinrich von Plank erkaufte halbe Beneficium in Zellerndorf dem Konrad von Zellerndorf, genannt Abas, welcher dem Stifte die Kaufsumme vorgestreckt hatte, für ihn und seine beiden Kinder als Leibgeding.*

Nos Udalricus diuina miseracione abbas in Altenburch notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, hanc litteram inspecturis, quod cum aput dominum Heinricum de Plenich alterum dimidium beneficium in Celdrendorf situm comperassemus iure proprietario, pro triginta talentis denariorum Wiennensium, nec eandem pecuniam de facultatibus nostre ecclesie persoluere haberemus, nos recepta eadem summa pecunie a colono nostro Chunrado de Celdrendorf, dicto Âbas, possessiones comperauimus supradictas, et easdem possessiones de consensu et bona voluntate conventus nostri, quatuor personis locauimus iure precario, quod wlgariter dicitur leipgeding, que videlicet persone sunt ipse Chunradus noster colonus dictus Âbas, et vxor sua domina Margareta, et pueri sui, nominati Hugo, et Margareta, vt hec quatuor persone seruicium prelictarum possessionem, computatum ad XXX. mensuras tritici, et XXX mensuras ordej, et XXXVI mensuras auene, et talentum denariorum preter VIIII denarios, et exenia cetera possideant ad tempora uite sue, censum solummodo sexaginta denariorum in festo sancti Mychahelis nobis et ecclesie nostre interim annis singulis persoluentes. Quibus personis defunctis, possessiones iam premisse omni contradictione postposita et cessante ad nostram ecclesiam libere revertantur. Ceterum adiecimus hoc ex pacto, quod coloni, qui ciuili iure predia possident memorata, coram nobis et nostris successoribus destitui et institui debeant ut est iuris. Vt autem huiusmodj locationis contractus per nos et successores nostros et omnes ecclesie nostre fratres, ratus et firmus debeat imposterum observari, presentes litteras conscribi fecimus, et easdem Chunrado dedimus supradicto, nostri sigilli munimine roboratas. Cum nominibus testium, qui sunt: dominus Liupoldus prior, dominus Chunradus cellerarius, dominus Chunradus capellanus, dominus Nycolaus, dominus Sifridus, fratres ecclesie; Heinricus de Walkerstein, et Albero filius suus, Vlricus de Fukla, Ditricus Hereticus, Chunradus Karinthyanus, Heinricus Tochner, Albertus

de Pucheleinstorf, Heinricus dictus Schatawer, Wernhardus de Oberneleub, Chunradus de Respice et alij quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno dominj M.CC.LXXXI, in die sancti Vrbanj.

Original im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

XXV.

1282, 29. Mai, Altenburg. — *Heinrich von Streitwisen schenkt dem Stifte Altenburg drei öde Beneficien zu Dietmars.*

Omnibus Christi fidelibus innotescat, ad quos pervenerit presens scriptum, quod ego Heinricus, dictus de Streitwisen, donaui ecclesie sancti Lamberti in Altenburch tria inculta beneficia situata in villa que dicitur Dietmars, que ad me iure proprietario pertinebant, et eadem super altare sancti Lamberti ibidem manu propria resignaui. Et vt hec mea donatio rata et firma debeat inposterum permanere, presentes litteras scribi feci et easdem ecclesie tradidi supradicte, sigilli patris mei Marchardi de Strewisen robore communitas, quia proprium sigillum tunc temporis non habebam. Testes huius facti sunt: Poppo de Pevgen, Wichardus ibidem, Wipoto ibidem, Gotschalcus de Vronhoven, Chunradus et Herwicus fratres de Hephengesvende, Heinricus de Walkerstein, Albero filius suus, Vlricus de Fukla et alij quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno dominj M.CC.LXXXII. IIII. Kal. Junij.

Original im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

XXVI.

1282, 5. Juni, Horn. — *Stephan von Meissau beurkundet den mit Bewilligung des Lehensherrn Heinrich von Plank geschehenen Verkauf eines Hofes in Weiden durch dessen Diener Hirzo an das Stift Altenburg.*

In nomine domini amen. Quia suboriri solet calumpnia multa de gestis hominum, nisi lingva bonorum testium robur adhibeat aut scriptura, hinc est quod nos Stephanus de Myssawe, marschalcus Austrie, vniversis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, volvmus esse notum, quod cum nobilis vir dominus Heinricus de Plenich superiorem curiam in Widen aput quendam Fridericum generum Friderici de Widen iure proprietario comparasset, et servo suo Hirzoni eandem

curiam in feodo contvlisset, tandem idem Hirzo receptis viginti talentis denariorum Wiennensis monete a venerabili domino Vdalrico abbate de Altenburch supradictam curiam domino suo predicto, scilicet domino Heinrico de Plenich sub tali condicione resignauit, vt idem dominus Heinricus de Plenich eiusdem curie proprietatem ecclesie sancti Lamperti in Altenburch et fratribus ibidem deo servientibus resignaret, libere iure proprietario possidendam. Prelibatus vero dominus Heinricus de Plenich tum diuino instinctu, tum predicti domini abbatis admonitionibus, tum etiam serui sui Hirzonis precibus inductus, de consensu et bona voluntate vxoris sue domine Gerdrudis et filii sui Sifridi prenominate curie in Widen proprietatem ad manus venerabilis domini Vdalrici predicti abbatis de Altenburch in nostra presentia resignauit, promittens eidem domino abbatj, quod eandem curiam ecclesie sue velit defendere sicut ordo iuris exigit faciendum. Protestante etiam coram nobis in eodem loco et termino Friderico de Widen iam predicto ibidem presente, quod tam ipse quam gener suus Fridericus, nec non filius suus Otto de consensu et voluntate omnivm puerorum et heredum suorum eiusdem curie proprietatem domino Heinrico de Plenich antea libere vendiderant et eandem sibi vel cuicumque ipse eandem donauerit, prout iuris ratio expostulat atque terre huius obtinet consvetudo, defendere debeant contra omnes, qui eam inposterum inpetere adtemptarent. Vt autem huiusmodi emptionis siue donationis contractus in nostra et aliorum proborum virorum presentia confirmatus, firmus et ratus debeat aput posteros permanere, nos in testimonium premissorum presentes litteras conscribi fecimus et easdem ecclesie supradicte et fratribus ibidem deo seruientibus dedimus, sigillorum, tam nostri, quam nobilium ministerialium Austrie, videlicet prenominati domini Heinrici de Plenich, domini Adeloldi de Chyawe, domini Wulfingi de Sunberch, domini Popponis de Liebenberch, qui huius rei testes sunt mvnimine roborates. Cum nominibus aliorum testium, qui presentes aderant, qui sunt: dominus Albero de Sotenstein, dominus Ditmarus de Hadmarstorf, dominus Ortolfus de Pratenecb, dominus Erbo de Stevnz, dominus Vlricus dictus Merzo, dominus Heinricus et dominus Engelbertus fratres de Pach, milites Otto et Heinricus, fratres dicti Greci de Vreitscelarn, Liebhardus ibidem, Poppo de Pengen,

Wipoto ibidem, Heinricus Dachpech, Fridericus de Eibenstein, Gotschalcus de Vronhoven, Heinricus de Walkerstein et Albero filius suus, Meinhardus de Levbenstorf, et alii quam plures Acta sunt hec in Hornensi ciuitate, anno domini M.CC.LXXXII. Nonas Junij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel Heinrich's von Plank fehlt. Von den übrigen vier, welche vorhanden sind, ist das erste und letzte zerbrochen.

XXVII.

1282, 5. September, Altenburg. — *Abt Ulrich von Altenburg beurkundet die gütliche Schlichtung der Streitsachen zwischen Meister Heinrich Rector der Kirche in Gars und dem Ulrich Merz Ritter von Kotzendorf betreffs einiger Zehnten.*

Nos Vlricus diuina miseratione abbas in Altenburch scire volumus vniuersos presentes litteras inspecturos, quod cum magister Heinricus rector ecclesie in Gors nomine eiusdem ecclesie, nobilem virum Vlricum dictum Marcium militem de Chotzendorf super medietate decimarum cuiusdam lanei in Chotzendorf, qui vocatur laneus Vrêzzinne, ac super decimis cuiusdam agri eiusdem ville, qui vocatur ager Pôppinne, iuxta viam ecclesie, coram domino Jordano plebano de Recz judice super hoc a domino nostro domino Wichardo venerabili Pataviensi episcopo delegato, traxisset in causam, idem miles instructus plene de iure ecclesie supradicte voluntate spontanea recognouit, quod eedem decime ad ius et proprietatem ipsius ecclesie pertinerent, et de eisdem cedens libere, renunciauit expresse omni iuri, si quod sibi in eisdem competere videbatur, ita quod ipsa ecclesia de cetero easdem decimas perpetuo percipere debeat et tenere. Dictus vero magister H. prefati militis sinceritatem, qua circa huiusmodi negotium movebatur, considerans, ut animum ipsius ad maiorem devotionis fervorem sepedicte ecclesie exhibendum accenderet, ex gratia speciali et mera liberalitate admisit, quod idem miles fructus decimarum predictarum, quas ut premissum est ecclesie memorate libere resignavit, quamdiu ipse magister H. rector eiusdem ecclesie fuerit, percipere debeat, dummodo per aliquam ingratitudinem non reddat huiusmodi gratia se indignum, ita tamen, quod eadem liberalitas sive gratia vitam ipsius militis non excedat, nec ad heredes ipsius aliquatenus extendatur. Et ne super hiis inposterum aliqua dubietas oriatur, ad petitionem

prefatorum virorum tam magistri Henrici, quam etiam militis presentes exinde confici litteras procuravimus et eas nostri sigilli munimine duximus roborandas Actum in Altenburch, anno domini millesimo, CC.LXXXII. Nonis Septembris.

Orig. im k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv. Perg. 1 Siegel.

XXVIII.

1283, 6. April, Altenburg. — *Stephan von Meissau, Marschall in Österreich, beurkundet, dass der Abt Konrad von Altenburg ein halbes Beneficium zu Zellerndorf von Nikolaus von Drösidl gekauft habe.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Vt facta hominum firmiora permaneant, roborari ea conuenit proborum virorum testimoniis et apicibus litterarum. Hinc est, quod nos Stephanus de Myssawe, marschalcus Austrie, notum facimus vniversis hanc litteram inspecturis, quod dominus Chunradus venerabilis abbas ecclesie Altenburgensis, aput Nicolaum de Drezzediles, nostrum scruitorem, comperauit dimidium beneficium in Celdreindorf situm, quod ad ipsum iure proprietario pertinebat, et ex eo vendendi hoc ipsum habebat liberam potestatem, pro decimo dimidio talento denariorum Wiennensium, et hoc factum est presentibus et consentientibus benivola voluntate huic vendicioni fratribus iampredicti Nicolai, videlicet Jacobo et Wezelone et consobrino suo Heinrico marito domine Margarete sororis sue, quem ipsa domina Margareta, cum tunc esset debilis et infirma, ad consentiendum huic vendicioni transmiserat loco sui. Et tam ipse Nycolaus, quam etiam fratres sui predicti, vna cum consobrino suo, eiusdem dimidii beneficii proprietatem super altare sancti Lamberti in Altenhurch manibus propriis resignantes promiserunt firmiter, quod easdem possessiones eidem ecclesie velint defendere, sicut ordo iuris expostulat et requirit. Ne autem inposterum de hoc facto alicui dubium possit esse, immo etiam vt omni calumpniose impeticioni possit ipsa veritas securius obuiare, nos presentes litteras super huiusmodi venditionis ac emptionis contractu facientes conscribi prelibate ecclesie in Altenburch et fratribus ibidem deo seruientibus in viuacem memoriam premissorum tradidimus, consignatas nostri sigilli munimine ac firmatas. Cum nominibus testium, qui sunt: dominus Wolframmus plebanus de Stregen, dominus Adoldus de Chyawe, dominus Ortolfus de Pratenaeich, dominus Viri-

cus Martius, dominus Heinricus de Pach, milites; Gothscalcus de Vrohoven, Clemens de Steingeinstorf, Albero de Walkerstein et alii quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno domini M.CC.LXXXIII. VIII. Idus Aprilis.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. t Siegel.

XXIX.

1283, 25. Mai, Zwettl. — *Ebro Abt von Zwettl und Ulrich von Puchberg, Erzdiacon von Österreich und Domherr von Passau bestätigen, dass das Stift Altenburg sich im rechtlichen Besitze eines Weingartens zu Zöbing befinde.*

In nomine domini, amen. Ne gesta hominum amicabilia per obliuionem decidant in errorem, debent litterarum et fidedignorum testium testimonio perhennarj. Nos igitur frater Ebro humilis abbas de Zwetil, et Vlricus de Puchperch archydiaconus partis Austrie et canonicus Pataviensis, tam futuris quam presentibus, quorum aspectibus presens scriptum exhibitum fuerit, volumus esse notum, quod cum a domino nostro ac patre in Cbristo reuerendo Gotfrido venerabili Patauiensis ecclesie tunc episcopo recepissemus in mandatis, ut dominum Chunradum honorabilem Althenburgensis ecclesie abbatem, et conuentum ibidem, super jure, quod sibi et ecclesie sue competere dicebant super vinea quadam in Zebing sub monte qui dicidur Hasler situata, audiremus, quam videlicet vineam dominus Chunradus pie memorie quondam decanus in Espeinsdorf et plebanus in Zwetil sua comperauerat pecunia, et annis singulis dum viueret pro iure, quod vulgariter perchreht dicitur, ecclesie seu collegio sancte Marie in Zwetil triginta denariorum pensionem persoluebat. Nos itaque mandatum nobis iniunctum exequi volentes, reuerenter, ut tenemur, dictum dominum Chunradum abbatem de Althenburch ad nostram procurauimus presenciam euocari, ut nos de iure suo et ecclesie sue, si quod ei competeret super predicta vinea ut premissum est, plenius informaret. Qui in nostra constitutus presencia pro se et ecclesia sua duos sacerdotes videlicet dominum Chunradum de Leubs, et dominum Wolframum de Stregen ecclesiarum rectores, Chunradum Cistlarium magistrum montis eiusdem vinee, et Vlricum de Fuckla, laicos idoneos et fidedignos in testes producebant, qui singulariter et iurati deponebant, quod scirent et interfuissent, ubi dominus Chunradus prenominatus decanus in Zwetil vineam

memoratam sepe dicto Chunrado abbati, et ecclesie Althenburgensi, in remedium anime sue. dum adhuc nullam sentiret infirmitatem, sed corporea sospitate plenarie potiretur, donasset perpetuo possidendam, quorum attestacionibus approbatis, ab omnibus qui presentes aderant dum hec fierent, dicta vinea ecclesie Althenburgensi sentencialiter adiudicata extitit et precise. Ne ergo dicte ecclesie Althenburgensi, seu abbati, qui pro tempore fuerit, aliqua materia questionis vel dubij in posterum valeat suboriri, presentem paginam sigillis nostris roboratam, sepedicte ecclesie in Althenburch tradidimus in euidens testimonium et cautelam, cum testibus subnotatis. Nomina quorum sunt hec: Alhardus prior, Otto subprior, frater Leupoldus, frater Ortolfus, frater Dominicus, frater Erbinus, frater Albertus, frater Pittrolfus, frater Karolus, Nycolaus et Nycolaus, fratres et professi ordinis Cisterciensis, collegij in Zwetil; frater Chunradus et frater Wernhardus ordinis sancti Benedicti in Althenburch; dominus Hainricus de Schonnberch plebanus, Gotschalcus de Fronhofen, Chunradus de Gorz, Ditmarus, laici de Althenburga; jtem Chunradus de Fronhofen, Fridricus officialis de Raslowe, Hainricus de Sweikers, Gebhardus, Olricus, Sifridus, Chunradus, Golschalcus, Wilhalmus, Gotfridus, et alij quam plures. Datum et actum in claustro Zwetlensi, anno domini M.CC.LXXXIII. in die sancti Vrbanj.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 2 Siegeln, das zweite etwas schadhaft.

XXX.

1283, 14. August, Leubs. — *Prunrik Richter in Leubs (Langenlois) beurkundet die Beilegung des Streites über einen Weingarten in Zöbing zwischen dem Stifte Altenburg und den Erben des früheren Besitzers.*

Ego Prunricus iudex de Leubs vniuersis notum fierj cupio tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, quod cum inter venerabilem dominum Chunradum abbatem de Altenburch et ipsius conuentum ex una parte, et ex altera parte inter heredes Heinrici Ratisponensis et vxoris sue domine Reichze necnon et Ottonem filium Chunradi Waurstarij, super quadam vinea in Zehinge in monte qui dicitur Hasler sitam, quam venerabilis dominus Chunradus decanus de Hespeinsdorf et

plebanus in Zwetel, aput eosdem iure ciuili emerat, eidem ecclesie ob remedium sue anime legauerat sempiternum, predicti uero eandem post obitum suum asserentes ad se iure hereditario reuolutam, questio verteretur, vtraque pars proborum uirorum consilio inducta arbitris se commisit. Sane tribus a parte domini abbatis electis, videlicet domino Wolframmo plebano de Stregen, Poppone de Piugen, Gotscalco de Wronhouen, tres alij ab aduersa parte, scilicet ego Prunricus iudex, et Albertus frater meus, Otto Wilduneh de Haundorf, pro arbitris eliguntur. Qui tanquam uiri discreti pari consensu sunt taliter arbitrati, vt dominus abbas Heinrico Ratisponensi et suis heredibus Prunrico, Lnurentio, Vlrico, Lâutwino, Ditrico, Rudperto, Elizabeth, necnon et Ottonj filio Chunradi Forstarij, det sex talenta Wiennensis monete, et ipse ac fratres eiusdem ecclesie, eandem vineam possideant amodo pacifice ac quiete, hoc adiecto, quod Ratisponensis ac sui heredes eidem ecclesie vineam sepedictam iuxta iuris communis formam defendere debeant, quod et facere promiserunt. Ne autem huiusmodi arbitrium valeat ab aliquo inposterum irritari, vel eidem ecclesie possit aliqua calumpnia suboriri, predicte ecclesie presentem litteram tradidi sigilli mei munimine roboratam. Cum testibus subnotatis, qui sunt: Wolframmus plebanus de Goboltspurch, Chunradus plebanus de Liubs, Poppo de Piugen, Gotscalcus de Wronhouen, Albertus, Fridericus, Waltherus, fratres iudicis de Liubs, Chunradus Forstarius, Heinricus, Ratisponensis cum filiis prenominatis, Otto Wilduneh de Haundorf, Albero, Chunradus Carintianus, Dietlo, Heinricus, Chunradus Cistler, Heinricus frater suus, Vlricus, Heinricus Armevsel, Tiemo, Ernestus, Heinricus Ductor, Heinricus Hospes, Walchunus, Herbordus, Heinricus officialis, Vlricus Fridericus, Otto frates eiusdem, et alii quam plures laici fide digni. Acta sunt autem hec in Leubs, anno domini M.CC.LXXXIII. in vigilia assumptionis . . virginis . . gloriose.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

XXXI.

1284, 9. März, Viterbo. — *Ablassbrief für das Stift Altenburg.*

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, nos dei gratia Petrus Arborensis archiepiscopus, Vincentius Portugalensis, Bartholomeus Gaietanus, Acerus Wexionensis, Bernardus Humanas, Tholomeus Sardauensis, Henricus Saxenatis, Geuehardus Brandeburgensis, Torfinnus Hammarensis et Andreas Aslvensis episcopi, salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, vt sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue merita supplicum excedens et uota bene seruientibus tamen multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes itaque reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus indulgencijs videlicet et remissionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur vt monasterium in Altenburch ordinis sancti Benedicti Patauiensis dyocesis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsum monasterium in festis subscriptis, videlicet in singulis festiuitatibus domini scilicet Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes, in singulis festiuitatibus beate Marie virginis, in festo sancti Michaelis archangeli, in festo sancti Johannis baptiste, in festis sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Jacobi, Johannis atque Andree, in festo beati Lamberti, in festo sancti Benedicti, in festis sanctorum Martini et Nicolai confessorum, in festo beate Katerine virginis, in festo omnium sanctorum ac in dedicatione ipsius monasterij causa deuotionis accesserint, vel ad structuram aut ad aliqua necessaria predicti monasterij manus adiutrices porrexerint, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, quilibet nostrum quadraginta dies de injuncta sibi penitentia, dummodo consensus dyocesani accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum apud Vrbem ueterem, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, VII. Idus Marcij, pontificatus domini Martini pape quarti anno tercio.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Alle zehn Siegel beschädigt.

XXXII.

1284, 24. April, Horn. — *Stephan von Meissau, Marschall in Österreich, beurkundet, dass der Ritter Konrad genannt Dremel von Hymberg, dem Stifte Altenburg seinen Hof in Röhrnbach bei der Kirche geschenkt habe.*

Nos Stephanus de Meyssawe, marskalcus Austrie, notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, hanc litteram inspecturis, quod cum dominus Chunradus miles, dictus Dremel de Hymperch, diem messionis extreme aliquibus uellet operibus misericordie preuenire, instinctu dei monitus, ob salutem et remedium anime sue et uxoris sue domine Jutte, et ob remedium anime dilecti filij sui Chunradi defuncti et sepulti apud ecclesiam sancti Lamberti in Altenburch, et omnium progenitorum suorum, curiam suam in Rôhrenpach, circa ecclesiam situatam, quam iure proprietario apud Vlricum, dictum Peugarium, iam dudum comparauerat et pacifice possederat multis annis, ad eandem iam predictam ecclesiam sancti Lamberti in Altenburch delegauit, et ad manus domini Chunradi, venerabilis abbatis eiusdem ecclesie, adhuc uiuens et sanus, deliberacione prehabitâ voluntate beniuola resignauit, tali condicione adiecta, quod seruicium curie supradicte suis usibus reseruare uelit ad tempora uite sue, ipso uero solo de medio sublato, et uiam uniuerse carnis ingresso, iam prelibata ecclesia Altenburgensis, et fratres ibidem deo seruientes, de eadem curia se statim debeant intromittere perpetuo possidenda. Vt autem hec sua legacio firma maneret in posterum, et nullius possit calumpnia retractari, postulauit a nobis prenominatus miles dominus Chunradus, quatenus donacionem suam ecclesie Altenburgensi per nostras uelimus litteras confirmare. Quia uero nos eandem ecclesiam in omnibus iuribus suis defendere et promouere aduocacionis titulo tenebamur, nos ipsius petitionibus annuentes, in euidens testimonium premissorum presentes litteras conscribi fecimus, et easdem prelibate ecclesie Altenburgensi dedimus, sigilli nostri robore communitas. Huius rei testes sunt: dominus Siboto plebanus de Horn, dominus Wolframus plebanus de Stregen, dominus Paulus plebanus de Rôrenpach, frater Heinricus de domo sancti Johannis in Wien, dominus Adloldus de Cheyawe et filius suus Heinricus, dominus Ortolfus de Prayteuaich, dominus Vlricus dictus Marcius de Chotzendorf, dominus Heinricus de

Pach, dominus Poppo de Peugen, Isenricus de Hymperch, Prvno ibidem, Heinricus de Dochpach, Heinricus de Wiltperch, Gotschalcus de Vrônhouen, Heinricus de Walkerstain. Datum in Horn, anno domini MCÇLXXXIIII, in die sancti Georij martiris.

Orig. im Stifte Altenburg. Pergam. 1 Siegel.

XXXIII.

1284, 13. October. — *Stephan von Meissau, Marschall in Österreich beurkundet den nach und nach, theils durch Kauf, theils durch Vermächtniss erfolgten Anfall der von weiland Reimbot und Meinhard Gebrüdern von Sulz hinterlassenen Besitzung zu Sulz an das Stift Altenburg.*

Nos Stephanus de Meissav, marscalcus Austrie, notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, hanc litteram inspecturis, quod cum iam dudum ante annos quindecim Reimboto et Meinhardus fratres de Sulze, possessionem suam ibidem indiuisam iure hereditario possedissent, contigit ut mortuo Reimbotone heredes sui, scilicet tres filie, quas de prima vxore sua superstites jdem Reimboto reliquerat, quarum prima et senior Gedrudis, secunda Perhta, tercia Gisila vocabatur, de consilio propinquorum suorum, cum Meinhardo patrvo suo iam predictas possessiones diuiderent equaliter, iusticia sic dictante. Postmodum prelibatus Meinhardus, cum liberos non haberet, volens (?deum) dominum bonorum suorum constituere successorem, de consilio amicorum suorum, accedente etiam consensu et beniuola voluntate cognatarum suarum predictarum partem possessionum suarum in Sulce ecclesie sancti Lamperti in Altenburch donauit et libere legauit, et super altare ibidem manu propria resignauit, ita tamen, ut ad tempora vite sue prenominata ecclesia necessaria uictus et vestitus sibi debeat ministrare. Hiis ita gestis prelibati Reimbotonis tres filie superius nominate de consilio amicorum suorum, omnium possessionem suarum diuisionem equalem inter se facere decernentes, seniori sorori domine Gedrudi, partem illam in Sulze pro certa hereditatis relique portione assignantes, quam ipsa tamquam sufficientem acceptans, et pro tempore uite sue pacifice possidens et quiete, absque liberis de medio est sublata. Qua defuncta iuniores ipsius Gedrudis sorores, domina Perhta videlicet atque Gisla, in ipsius hereditaria possessione propinquitatis iure, sicut exposcebat iusticia, succedentes et per maritos suos, quorum vnus

maritus scilicet domine Perhte Rudigerus de Purchstalle, alter maritus videlicet domine Gisle Fridericus Reihzinger de Stegen nuncupatur, de eadem possessione se intromittentes, et suis usibus applicantes, nec non et eandem possessionem sine contradictione et impeticione qualibet possidentes, tandem conuenerunt in hoe, et de consilio mariturum suorum et aliorum amicorum suorum concorditer deliberarunt, quod eandem possessionem ecclesie sancti Lamperti in Altenburch pro duodecim talentis denariorum vendiderunt, et presentibus maritis suis, qui vendicionem eandem fideliter consulentes ratam habuerunt, ad manus venerabilis domini Chunradi abbatis eiusdem ecclesie, predicti predii ius proprietarium resignantes, promiserunt fide data tam ipse quam et mariti earum, quod defensionem debitam et condignam secundum omnem iusticiam, quam deberent pro suis heredibus, quos tenellos tunc duos viuus habebant, Engelmudim et Irnfridum videlicet, contra omnem impetentem prestare uelint eidem monasterio de predio prenotato. Quia vero nos ecclesiam Altenhurgensem in suis iuribus defensare et indempnem vulumus conseruare, vt huiusmudi pussessionum emptio et vendicio rata inposterum maneat atque firma, et calumpniose iniuriantibus silencium inponamus, in testimonium premissorum presentes litteras conscribi fecimus et easdem cenobio pretaxato dedimus sigilli nostri robore communitas. Testes huius rei sunt: dominus Wolframmus plebanus de Stegen, dominus Paulus plebanus de Roreupach, dominus Vlricus plebanus de Mult, dominus Poppo de Pevgen, dominus Heinricus de Pach, Heinricus de Wilperch, Heinricus et Vlricus fratres de Dabpach, Prebtlo de Chruege, Gotscalcus de Vronhoven, Chunradus de Sancta Maria, Fridericus de Widen et Otto filius suus, Heinricus de Walkerstein et Albero filius suus, Chunradus Karinthianus de Altenburch, et Dictlo ibidem, Vlricus de Fukkla, et alij quam plures. Acta sunt hec anno domini MCCLXXXIIII. In die sancti Cholomannj.

Orig im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

XXXIV.

1285, 18. Jänner, Altenburg. — *Wolfhard von Fahndorf verkauft dem Stifte Altenburg ein Beneficium in Zellerndorf.*

Ego Wulfhardus de Vendorf, notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris, hanc litteram inspecturis, quod de consensu et beniuola uoluntate matris mee, domine Gedrudis, et fratris mei

Leotwini et sororum mearum, videlicet Diemudis, Agnetis, Liebgardis, et avvnculi mei Friderici de Fukela, beneficium unum in Celderndorf situm, quod me et coheredes predictos iure proprietario respiciebat, ecclesie sancti Lamberti in Altenburch uendidi pro decem talentis denariorum Wienensium, et super altare sancti Lamberti ibidem manu propria resiguaui, promittens fide data, eiusdem ecclesie venerabili domino Chunrado abbati, et fratribus suis, quod predictum beneficium tam ego, quam et mater mea domina Gedrudis, et avvnculus meus Fridericus de Fukela, et ceteri coheredes mei predicti contra omnem impetentem defendere, et omnem formam iusticie, quam pro confirmacione iuris proprietarii ius expressum edocet obseruare debeamus. Quia uero coheredes mei predicti non dum annos discrecionis adtigerunt, prenotatus avvnculus meus Fridericus, et soror eius mater mea, domina Gedrudis, vna mecum specialiter pro eisdem meis coheredibus, vt predicti beneficii vendicionem ratam habeant, et cum ad anuos discrecionis peruenerint, vt de iure tenentur, ecclesie memorate defendant, sicut ius expostulat, spoponderunt. Et banc sponsionem singularem siue fideiussoriam caucionem ad manus domini Heinrici militis de Grazze fecimus, per quem eciam pagati fuimus de pecunia pro beneficio memorato. Preterea adiectum est etiam in contractu, et tam ego, quam et mater mea, et ceteri coheredes mei promisimus bona fide, et presenti scripto nos obligamus, quod si predicti beneficii proprietas, a quoquam imposterum impetita fuerit et deuicta per iusticiam, quod non credimus, tunc omni contradictione postposita per equeualentes possessiones ecclesiam prelibatam indempnem reddere teneamur. In cuius rei testimonium euidens presentes litteras conscribi feci et easdem ecclesie Altenburgensi tradidi, sigillo avvnculi mei Friderici de Fukela, quia proprio carui, roboratas. Testes huius facti sunt: dominus Wolframus plebanus de Stregen, dominus Vlricus plebanus de Molt, dominus Heinricus miles de Grazze et Chunradus frater suus ibidem, dominus Sighardus miles ibidem et fratres sui Vlricus, Hirzo, Chunradus ibidem, dominus Wichardus miles de Rietental, Vlricus de Velebrun, Heinricus Oehslo, Hartlibus Oehslo, Gotschalcus de Vronbouen, Chunradus ibidem, Vlricus de Fukela, et alii quam plures. Acta sunt hec in Altenburch, anno domini MCCLXXXV°, in kathedra sancti Petri.

Orig. im Stifte Attenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

XXXV.

1286, 19. Mai. — *Stephan von Meissau, Marschall in Österreich, beurkundet, dass Nicolaus von Drösidl ein halbes Beneficium in Zellerndorf dem Stifte Altenburg verkauft habe.*

Vt facta hominum firmiora permaneant, roborari ea conuenit proborum virorum testimoniis et apicibus litterarum. Hinc est, quod nos Stephanus de Meissowe, marshalcus Austrie, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, hanc litteram inspecturis, quod dominus Chunradus venerabilis abbas ecclesie Altenburgensis aput Nicolaum de Drezscedels, dimidium beneficium in Celderndorf situm, quod ad ipsum iure proprietario pertinebat et ex eo vendendi hoc ipsum habebat liberam potestatem, pro nouem talentis denariorum Winnensium comparauit, et hoc factum est presentibus et consentientibus benivola uoluntate huic vendicionj fratribus iam predicti Nicolai, Jacobo videlicet et Wezelone, ac etiam sorore sua domina Margareta, necnon domino Ortolfo auunculo suo de Shiltarn, qui predicte vendicionis auctor extitit et interfuit, vbi tam ipse Nycolaus quam etiam fratres sui predicti eiusdem dimidij beneficij proprietatem super altare sancti Lamperti manibus propriis resignantes promiserunt firmiter, vna cum ipso Ortolfo iam predicto, quod easdem possessiones eidem ecclesie velint defendere, sicut ordo iuris expostulat et requirit. Ne autem imposterum de hoc facto alicuj dubium possit esse, immo vt etiam omni calumpniose impeticioni possit ipsa veritas securius obuiare, nos presentes litteras super huiusmodi vendicionis ac emptionis contractu facientes conscribi, prelibate ecclesie in Altenburch et fratribus ibidem deo seruientibus in viuacem memoriam premissorum tradidimus, consignatas sigilli nostri munimine et firmatas cum nominibus testium, qui sunt: dominus Siboto de Horn, dominus Wolframmus de Stregen, dominus Paulus de Roerenpach, sacerdotes et plebani; dominj de Liehtenekke Chunradus senior et Chunradus iunior, ministeriales; dominus Poppo de Peugen, dominus Heinricus de Pach, dominus Otto de Freitlarn, dominus Albero de Shiltarn, milites; Ortolfus et Johannes filius suus, Heinricus de Wiltperch, Heinricus de Dahpah, Prehtlo de Chrug, Gotschalcus de Fronhoven, Vlricus de Grueb, Irnfridus, Titmarus, Albero, Hein-

ricus, famuli domus. Acta sunt hec anno domini MCCLXXXVI, jn die sancte Potenciane virginis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

XXXVI.

1286, 19. Mai, Schiltern. — *Ortolf von Schiltern beurkundet den Verkauf eines halben Beneficiums in Zellerndorf von seinen Vettern den Brüdern von Drösidl an dns Stift Altenburg und verspricht seinen Schirm.*

Ego Ortolfus de Siltarn notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod Nicolaus, Jacobus, Wezlo, fratres de Dreszedels, dimidium beneficium in Celderndorf situm, soluens annuatim sedecim mensuras tritici, duodecim mensuras avene, sexaginta denarios, de beniuola voluntate sororis sue domine Margarete pro novem talentis denariorum Wiennensis monete, quod scilicet beneficium iure proprietario ad eos pertinuit, ecclesie sancti Lamperti in Altenburch vendiderunt. Quia igitur ego predicte vendicionis auctor extiti, et interfui, vbi tam ipse Nycolaus quam fratres sui predicti eiusdem dimidii beneficii proprietatem manibus propriis cuidam fratri et monacho ecclesie supradicte, qui solucionem ultimam portauerat, resignabant, et promisi firmiter vna cum eisdem meis awunculis supradictis, quod eidem ecclesie de predictis bonis secundum quod iuris ordo exigit, contra omnem impetentem defenssionem debitam exhiberem. Vt autem hec vendicio siue emptio rata imposterum permaneat atque firma, presentem litteram in viuacem memoriam premissorum prelibate ecclesie in Altenburch et fratribus ibidem deo seruientibus tradidi, sigillorum domini Alberonis fratris mei atque proprii munimine consignatam. Huius rei testes sunt, qui etiam tunc presentes aderant: dominus Ortwinus plebanus in Shiltarn, dominus Albero miles ibidem, Ortolfus, Johannes filius suus, Leopoldus, et alij quam plures. Actum et datum in domo mea in Shiltarn, anno domini MCCLXXXVI, jn die sancte Potenciane.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

XXXVII.

1287, Rom. — *Ablassbrief für dns Stift Altenburg.*

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos littere presentes peruenerint, nos miseratione diuina Thomas Acherarum, Leo Calamoucnsis,

Romanus Crobensis, Valdebrunus Auellonensis, Egidius Durtiberensis, Maurus Ameliensis, Acursius Pesauriensis, Perronus Larinensis, Michael Antibarensis et Gregorius Arbensis, archiepiscopi et episcopi, salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, vt sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens vota bene seruientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ej quasi quibusdam allectiuis, muneribus videlicet et remissionibus, inuitamus, vt exinde reddantur diuine gracie apciores. Cvpientes igitur, vt abbacia Altenburgensis Patauiensis dyocesis congruis bonoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictam abbaciam in festis subscriptis, videlicet natiuitatis domini, resurreccionis, ascensionis et penthecostes, et in singulis festis beate Marie virginis, et in festo trinitatis, beati Johannis baptiste et euangeliste, apostolorum Petri et Pauli et omnium apostolorum, Laurentij et Thome martirum, Nicolaj et Cadmundi confessorum, nec non et in festis sanctarum virginum Katerine, Margarete et Marie Magdalene, et maxime in festo beati Lamberti, in cuius honore predicta abbacia est fundata, ac eciam in festo dedicacionis eiusdem, deuotionis causa accesserint aut de bonis sibi a deo collatis ad fabricam vel ad sustentationem luminarium aliquid contulerint, seu eciam in extremis laborantes de suis legaverint vel quoquo modo dederint, nec non et qui pro animabus requiescentibus in dicta abbacia et pro animabus omnium fidelium defunctorum, quocienscumque et quandocumque orationem dominicam cum salutatione virginis supradicte pia mente dixerint, nos de omnipotentis dei misericordia et sue matris piissime nec non apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum auctoritate confisi, singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentijs, dummodo dyocesanus eiusdem banc nostram indulgenciam ratam habuerit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus apponenda.

Data Rome, anno dominj millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, pontificatus dominj Honorij pape quarti anno secundo.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Die 10 Siegel zum Theil beschädigt.

XXXVIII.

1287, 1. Jänner, Wien. — *Bernhard, Bischof von Passau, excommunicirt den Priester Andreas, der die Pfarre Röhrnbach usurpirt hatte, und stellt diese Pfarre unter das Stift Altenburg.*

B. dei gratia Patauiensis ecclesie episcopus omnibus presentes literas inspecturis salutem in domino. Quia Andreas, qui se pro plebano ecclesie in Rorenpach gerit, lite durante inter ipsum et abbatem de Altinburch super eadem ecclesia multis edictis ad nostram peremptorie presentiam cuocatus non comparuit, nec se per responsalem ydoneum excusauit, nec contra constitucionem nostram publice desiit cohabitare, et ipsam ecclesiam ab F. quondam imperatore excommunicato dicitur recepisse, nec iuxta mandatum nostrum in celebratione ordinum nostrorum apud Wiennam comparuit ordinandus, et pro omnibus illis uinculis excommunicationis sit ligatus, et ita hencficiis ecclesiasticis inhabilem se reddiderit et indignum, communicato consilio prefatum abbatem, ne diutius ecclesiam suam fatiget laboribus et expensis, ipsi possessionem iamdicte ecclesie, ne ulterius prouisore careat, in dispendium animarum duximus assignandam, tenore presentium districte precipientes, quatenus sibi plebs eadem per uicarium, quem ibidem suo nomine duxerit ordinandum, in omnibus obediat tamquam legitimo pastori animarum suarum, prouiso tamen, quod uicarius, quem memoratus abbas locauerit in ecclesia prelibata, competenti prebenda gaudeat et honesta. In quorum omnium euidentiam pleniorem sibi presentes literas sigilli nostri muni(mine) tradidimus conmunitas. Datum Wienne, Kalend. Januarij, pontificatus nostri anno secundo.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

XXXIX.

1287, 13. November, St. Pölten. — *Vidimus des Bischofs Bernhard von Passau über die beiden Schenkungsurkunden der Pfarre Röhrnbach von den Herzoginnen Gertrude und Margarethe.*

Nos Wernhardus dei gratia ecclesie Patauiensis episcopus tenore presencium protestamur et constare volumus vniuersis, nos vidisse et legisse bone memorie domine Gedrudis ducisse Austrie litteras per omnia saluas et in nulla parte suspectas totaliter in hec verba: (folgt die Urkunde Nr. IX).

Item litteras bone memorie domine Margarete regine ducisse Austrie similiter saluas per omnia in hec verba: (folgt die Urkunde Nr. X).

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus adponendum. Datum in sancto Ypolito anno dominj MCCLXXXVII. jn die sancti Brictii episcopi et confessoris.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg., das Siegel fehlt.

XL.

1288, 4. März, Altenburg. — *Abt Konrad von Altenburg eximirt die Orte Stanigesdorf und Berchtoldsdorf bei Pernegg von der Mutterpfarre zu Röhrnbach und tritt sie gegen eine Gülte zu Ravelsbach an das Stift Pernegg ab.*

Vt facta hominum firmiora permaneant, roborari ea conuenit proborum virorum testimoniis et apicibus litterarum. Hinc est, quod nos Chunradus dei gratia abbas in Altenburch scire volumus vniuersos presentium inspecturos, quod cum villa dicta Stanigeinsdorf ecclesiam in Ryetenburch parochiali iure respiceret ab antiquo, nec eiusdem ville incole, eandem suam parochiam propter vie distantiam remotiuam statutis temporibus vt debebant, licet ad hoc a suis pastoribus strictius artarentur potuerunt frequentare, nec etiam ipsi rectores ecclesie, eisdem suis parochianis ecclesiastica sacramenta, vt necesse habeant, propter viarum ac etiam gverrarum obstacula comode potuerint similiter ministrare, quod ex eo patet et probari potuerit euidenter, quia eadem villa propter has causas precipuas a multis temporibus retroactis mansit inculta, et a paucissimis fuit inhabitatoribus frequentata, bonorabilis dominus Heinricus prepositus de Pernekke et conuentus venerabilium dominarum ibidem, quia eandem sibi contiguam in proprietate sue ecclesie possidebant, sentientes se et suam ecclesiam, ex defectu colonorum ibidem quam plurima dampna pati, de consilio et assensu rectoris sui venerabilis abbatis ecclesie Yerucensis Chunradi nomine cum domino Paulo plebano ecclesie in Rorenpach, ad quam ecclesia illa in Ryettenburch iam predicta filiacionis nomine noscitur pertinere, de exemptione dicte ville a matrice sua ecclesia tractare volentes, nos et conuentum nostrum, ad quos ecclesia in Rorenpach iam prefata iure pertinet patronatus, vt assensu nostro hoc fieret, postularunt, nos vero communicato fratrum nustrorum et aliorum proborum et fidelium virorum consilio, vtrarumque partium intentionem piam et rationabilem

decernentes, exemptioni tali consensimus beniuola voluntate, vt ipse prepositus supradictus et conuentus de Pernekke, domino Paulo plebano in Rorenpach in recompensationem sui iuris, vnius talenti redditus cum exeniis et ceteris suis appenditiis in Ramveldspach assignarent, vt per hoc indempnitas matricis ecclesie imposterum caueretur. Quibus redditibus ipsi matrici ecclesie assignatis et a domino Paulo ecclesie plebano ibidem pro sufficiente acceptatis, idem plebanus renunciauit omni iuri parochiali, quod in predicta villa Stanigeinsdorf et alia, que dicitur Perchtoldsdorf, ad suam ecclesiam hactenus pertinebat et ad ecclesiam in Pernekke libere resignauit, in omnem eventum de cetero pertinere. In cuius rei testimonium presentes litteras conscriptas ecclesie in Pernekke tradidimus sigillorum nostrorum munime roboratas et a ipsis e conuerso super resignationem reddituum premissorum ipsorum litteras sigilli bonorabilis domini abbatis ecclesie Yrocensis, quam etiam suorum sigillorum robore consignatas recepimus et firmatas. Huius facti testes sunt: dominus Wolframus plebanus de Stregen, dominus Heinricus plebanus de Horn, dominus Levpoldus plebanus de Mederico, dominus Gotfridus sacerdos de Ryetenburch, dominus Otto miles de Freitzlarn, Heinricus frater suus, Heinricus Wiltperger, Heinricus Dachpeche, Gotschalcus de Fronboven, Prehtlo de Chrug, Otto de Fuenvelde, Chunradus frater suus, Hertvicus de Rorenpach, Vlricus de Raizdorf, Levpoldus de Japans, Rugerus de Japans, Levpoldus, Dittricus, rustici de Mederico, et alii quam plures. Actum et datum in Altenburch, anno domini MCCLXXXVIII, quarto Nonas Marcii.

Inserirt in der Urk. Nr. XLI.

XLI.

1288, 10. März, St. Pölten. — *Bernhard, Bischof von Passau, genehmigt die Exemtion der Orte Stanigersdorf und Berchtoldsdorf von der Mutterpfarre zu Röhrnbach und ihre Zuweisung an das Stift Pernegg.*

Nos Wernbardus dei gratia ecclesie Patauiensis episcopus tenore presentium protestamur et constare volumus vniuersis, quod venerabiles fratres dominus Chunradus abbas de Altenburch et dominus Heinricus prepositus de Pernekke contractum nobis exhibuerunt per omnia in hec verba: (folgt die Urkunde Nr. XL). ·

Aduertentes itaque contractum huiusmodi expedire ecclesiis et personis ipsamque salutem respicere animarum, cum auctoritate dioecesana in nomine domini confirmamus et presentis scripti robore comunimus, quod super hoc dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Ypolito in Sancto Ypolito VI. Idus Marcii, anno domini MCCLXXXVIII.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

XLII.

1288, 5. April, Altenburg. — *Rapoto, Erchenbert und Heidenrich, Brüder, Burggrafen von Gars, beurkunden die in ihrer Gegenwart gesehehene Ausgleichung zwischen dem Stifte Altenburg und der Frau Sophia betreffs eines Beneficiums in Feinfeld.*

Qvoniam ea que intuitu dei fiunt, magna indigent roboris firmitate, hinc est, quod nos Rapoto, Erchenbertus et Haidenricus fratres purkcrauij in Gors notum esse volumus memorie posterorum, quod cum Chunradus miles de Hympercb, dictus Dremil, beneficium vnum in Fuenvelde situm aput dominam Sophiam et eius heredes pro quinque talentis denariorum Wiennensium ante annos duodecim comparasset, et postea ecclesie sancti Lamberti in Altenburcb ad censum duodecim denariorum, ob salutis sue remedium contulisset, prelibata domina Sophya veniens ad venerabilem dominum Chunradum abbatem monasterij prenotati asseruit, quod eiusdem beneficij proprietatem nuncquam voluntate beniuola resignasset, nec predictus dominus Cbunradus sufficienter ei atque suis beredibus provt debuit persoluisset, set illud per quandam violenciam occupasset, qua de causa idem dominus abbas instinctu dei monitus dicteque domine indigenciam respiciens in nostra presencia composuit amicabiliter cum eadem, taliter videlicet, quod tam ipsa domina S. quam etiam filius eius Heinricus proprietatem dicti beneficij ad manus domini Ch. abbatis prelibati liberaliter resignantes omnj iuri, quod eis competere videbatur in ipso beneficio, voluntarie similiter renunciarunt, atque impeticioni quelibet tunc cesserunt. Ne igitur imposterum de hoc facto alicui dubium possit esse, immo vt omni calumpniose impetenti via de cetero sit preclusa, in evidens testimonium premissorum presentes litteras inde conscriptas, ecclesie in Altenburcb supradicte tradidimus sigillorum nostrorum robore communitas, cum nominibus testium subnotatis, qui sunt: dominus Vlricus Mertzo et filius

suus Otto, dominus Poppo de Pevgen, dominus Heinricus de Pach, Heinricus de Wiltperch, Heinricus Dachpech, Prehtlo de Chrueg, Gotschalcus de Fronhoven, Chunradus de Sancta Maria, Reingerus ibidem, Ludwicus famulus noster, Albero Walkerstainer, Otto, Chunradus, Syfridus, fratres de Fuenvelde, Otto Leobinger ibidem, Vlricus de Fukkla, Titmarus, Wolfkerus, Vlricus, famuli domus, et alij quam plures laici fide digni. Actum et datum in Altenburch, anno dominj MCCLXXXVIII. Nonas Aprilis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel, das dritte fast unkenntlich.

XLIII.

1288, 3. Juni, Altenburg. — *Abt Konrad von Altenburg beurkundet, dass sein Caplan der Pfarrer Wolfram von Strögen dem Nonnenstifte St. Bernhard eine Liegenschaft in Ebenbrunn verkauft und um den Erlös sich andere Besitzungen vom Fuchs von Eckenstein erkauft habe.*

Nos Chunradus dei gratia abbas in Altenburch tenore presentium protestamur et constare volumus vniuersis, quod dominus Wulframmus plebanus de Stregen, capellanus noster, de nostra beniuola voluntate et consensu nostri capituli aream vnam in Ebenprunne sitam ad ecclesiam suam in Stregen iure proprietario pertinentem dominabus ad sanctum Pernardum pro tercio dimidio talento denariorum Wiennensium vendidit, et pro eisdem denariis possessiones alias sibi et sue ecclesie contiguas et magis vtiles, duos videlicet agros cum pomerio et silua paruula aput Vulpem de Ekkenstain in recompensam dicte aree comparauit. Ne autem huius empcionis seu vendicionis formam quisquam nostrorum vel dicti plebani successorum valeat irritare, sed vt firma semper permaneat atque rata, sanctimonialibus supradictis presentes dedimus literas sigilli nostri robore consignatas pariter et firmatas. Datum et actum in Altenburch anno domini millesimo ducentesimo Lxxxviij°, tercio Nonas Junij.

Orig. im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv. Gedruckt in: Fontes rer. Austr. Diplom. I. p. 231, Nr. LX.

XLIV.

1288, 13. October, Altenburg. — *Paul, Pfarrer von Röhrnbach, stellt eine Urkunde aus über seine Verpflichtungen gegen das Stift Altenburg, welches ihm ein Haus in Krems zum Leibgeding gegeben hatte.*

Ego Paulus plebanus de Rorenpach humillimus notum volo fieri vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod cum dominus Otto dictus Poncius domum vnam in Chrems, quam ab ecclesia sancti Lamberti in Altenburch iure precario actenus tenuerat, voluntate beniuola resignasset, et venerabilis dominus Chunradus abbas eiusdem monasterij de consensu et consilio fratrum suorum eandem domum soli persone mee eadem eciam iure precario, quod uulgariter leipgedinge dicitur, pro censu et seruicio debito et in scriptis expresso ad vite mee tempora contulisset, non solum collacionis domus huiusmodj iam accepte, immo pocius multe gratie cum affectu pio pariter et effectu a reverendo domino meo abbate predicto et honorabili suo conuentu, impense michi a primevo tempore vite mee, memoria incitatus, eidem meo domino et suo conventuj promisi, et ad hoc ipsum me fide data firmiter obligaui, quod ad laudem dei et gloriosissime sue matris, ac ob mei memoriam et anime mee salutem, animarumque omnium meorum predecessorum remedium sempiternum, infra annj spacium pro duodecim talentis denariorum Wiennensium possessiones aliquas debeam comparare, quas ab ecclesia saneti Lamperti in Altenburch prenominata iure similiter precario receptas possideam, et post tempora vite mee ad ipsum Altenburgense monasterium libere pertineant et eiusdem loci conuentus se de ipsis vna cum domo sua in Chrems intromittere debeant, et easdem possidere postea pacifice et quiete. Preterea etiam ego Paulus suo affectu, quo me dilecti mei domini prosecuntur, inductus exnunc, presentibus legacione testamentaria ordino inter viuos, vt si quod absit, preveniente morte vniuerse carnis viam ingrediar intestatus, quod ad ecclesiam in Altenburch pretaxatam omnia mea deposita, quecumque illa fuerint, vel quocumque nomine censeantur, que in prenominata domo in Chrems reperta fuerint, me defuncto, debeant liberaliter pertinere. Vt igitur animi mei propositum sue perfectionis recipiat finem bonum et firmum inviolabiliter permaneat atque ratum, presentem litteram inde conscriptam supradictis domi-

nis et fratribus in Altenburch traditi sigilli mei karactere consignatam, ad cautelam quoque maioris firmitatis et credencie sigillis etiam duobus, tam sigillo venerabilis dominj Chunradi abbatis Yerocensis, quam etiam honorabilis dominj Heinrici prepositi Pernekkensis communiri pro testimonio personaliter impetraui. Huius rei testes sunt: dominus Leupoldus plebanus de Noua ecclesia, dominus Wolframmus plebanus de Stregen, dominus Heinricus plebanus de Horn, dominus Leupoldus plebanus de Moderico, dominus Otto dictus Poncius de Chrems, magister Irenfridus, Bartholomeus dyaconus, fratres sui Jacobus et Stephanus ibidem, dominus Heinricus de Pach, dominus Poppo de Peugen, milites; Chalhardus de Fuenvelde, Heinricus de Wiltperch, Gotscalcus de Fronhoven, Heinricus Dachpech, Prebtlo de Chrueg, Hugo de Molt, clientes; Otto, Chunradus, Sifridus, fratres de Fuenveld, Albero Walkerstainer; Titmarus, Wolkerus, Vlricus Wiennер, famuli domus. Actum et datum in Altenburch, anno dominj MCCLXXXVIII. in die sancti Cholomannj.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

XLV.

1288, 28. October, Altenburg. — *Ortlieb und Hadmar von Winkel, Gebrüder, beurkunden den Verkauf einer Liegenschaft zu Mühlfeld von Seite ihres Dieners Ulrich von Winkelberg, genannt Fuchs, an das Stift Altenburg.*

Nos Ortlibus et Hadmarus, fratres de Winchel, notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam post nos futuris, quod Vlricus de Winchelberch, noster famulus, dictus Vulpis, de bona voluntate et consensu vxoris sue, domine Perchte, ac etiam heredum suorum, videlicet Johannis, Gedrudis, Elysabeth, Chunegundis, predium suum in Mulueld situm, ad vnius talenti redditus cum omnibus suis exeniis computatum, quod scilicet predium ad ipsum et vxorem suam iam predictam iure proprietario pertinuit, et ex eo legandi vel vendendi hoc ipsum cuicumque voluit plenam habuit et liberam facultatem, abbati et conventui in Altenburch, pro nouem talentis denariorum Wiennensium vendidit absolute, atque vt sui necnon vxoris sue prenominate memoria perpetua fieret, in loco superius memorato ob remedium etiam omnium suorum perdecessorum ad altare sancti Lamperti ibidem ipsa bona manu propria liberaliter resignauit ad manus nichilominus dominj Chunradi venerabilis tunc abbatis,

fide data firmiter compromittens, quod secundum omnem formam iusticie et communem terre consuetudinem ipsi monasterio supradicto de predictis bonis omnem velit defensionem prout debeat exhibere. Insuper ydoneos quatuor viros, videlicet Leutoldum de Winchelberch, Heinricum Raunsuzzel, Chunradum de Hohenbart et Vlricum purkeranium de Chunigsprunne fideiussores constituit vna secum, qui ad hoc ipsum voluntate beninola et fide data, se firmiter obligarunt, quod si imposterum a quoquam iam prefata ecclesia impeticionem quocumque casu per aliquam questionem paciatur, quod ad omne dampnum refundendum eidem ecclesie et ad certos annos dictas possessiones secundum terre consuetudinem defendere teneantur, et quod ipsi ecclesie defecerit circa vnum, semper alter eorum superstes et defensione et satisfactione suppleat in integrum, quod communiter spoponderunt. Vt autem huius emptionis sev vendicionis formam nunquam aliquis valeat inposterum per calumpniam immutare, sed vt firma omni euo hec legacio permaneat atque rata, ad instanciam Vlrici nostri famuli prelibati supradicte ecclesie in Altenburch et fratribus ibidem deo servientibus in euidens testimonium pariter et cautelam presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum robore consignatas. Testes huius rei sunt: dominus Otto de Hippleinstorf, dominus Vlricus de Egelmarsprvnne, dominus Ludwicus de Stochstal, dominus Chunradus de Turrental, dominus Poppo de Pevgen, dominus Heinricus de Pach, dominus Vlricus Marcius de Chotcendorf, dominus Otto Grecus de Vreitzlarn, milites; Heinricus de Wiltperch, Gotschalcus de Fronhoven, Otto et Vlricus fratres de Grueb, Prehtlo de Chrueg, Heinricus Dachpech, et Vlricus frater suus, Chalhardus de Fuenveld, Wichardus de Peugen, Wippoto ibidem, Perchtoldus de Stochstal, Heinricus Procendorfer ibidem, Vlricus gener Leutoldi ibidem, Vlricus dictus Phaff ibidem, Hermannus de Porzze, Ernestus ibidem, Chunradus de Windistey, Herbordus Hoyer de Stochstal, Symon ibidem, Albero Walckerstainer, clientes; Otto de Fuenveld, Chunradus filius Titmari, famuli domus, et alij quam plures laici fide digni. Actum et datum in Altenburch, anno dominj MCCLXXXVIII. jn die Symonis et Iude apostolorum.

Original im Stifte Altenburg. Perg. Das eine Siegel vorhanden, das zweite fehlt.

XLVI.

1289, 10. Jänner, Gars. — *Rapoto und Erchenbert, die Burggrafen von Gars, beurkunden, dass das Stift Altenburg von Tyemo von Pukkendorf ein Benefiz in Zellerndorf gekauft habe.*

Nos Rapoto et Erchenbertus fratres, purcherauij in Gors, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod venerabilis dominus Chunradus abbas in Altenburch nomine ecclesie sue comparauit vnum beneficium in Celderndorf situm aput Tyemonem de Pukkendorf pro viginti sex talentis denariorum Wiennensium, quod ad ipsum iure proprietario pertinebat et ex eo vendidi, liberam habuit potestatem, cuius beneficij proprietatem idem Tyemo cum super altare sancti Lamberti in Altenburch resignasset manu propria presentibus probis viris; quarta die postea in Gors veniens, in nostra presencia prelibato domino abbati pro defensione proprietatis beneficij eiusdem se ipsum et fratrem suum Chunradum et Ottonem consobrinum ipsorum fideiussores constituit vna secum, qui duo heniuola voluntate pro eo et cum eo omnem defensionem, quam proprietatis exigit ius secundum consuetudinem et iusticiam huius terre communem, ecclesie Altenburgensi prenominate promiserunt fideliter exhibere, immo se ad hoc fide data firmiter obligarunt, quod omne dampnum, si quod ex impeticione alicuius pro eodem beneficio ecclesia prelibata perpessa fuerit, ipsi satisfacere debeant, atque ad interesse eidem ecclesie modis omnibus teneantur. Preterea quia Tyemo predictus idem beneficium ante annum vix alterum dimidium ab Ottone Nevnekkario de Pulka comparauerat, qui Otto eciam tunc in nostra presencia constitutus, quod eidem Tyemoni se et fratrem suum Chunradum pro defendenda proprietate ipsius beneficij secundum ius et terre huius consuetudinem obligasset, cum fuisset publice protestatus precibus supradicti dominj abbatis invitatus, venit in Altenburch, vbi instinctu dei monitus eiusdem loci fratrum orationibus se deuotius recommendans, etiam pro salute anime sue et parentum suorum proprietatem prescripti beneficij super altare sancti Lamberti ibidem voluntarie resignauit, promittens et ad hoc fide data se obligans, quod tam ipse quam et frater suus ex nunc et de cetero ad certos annos secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem generalem defensionem eiusdem beneficij

debitam et fidelem multo libencius et fidelius vellent ecclesie prelibate quam Tyemoni prenominato imposterum exhibere. Ne igitur imposterum de hoc facto dubium alicuj possit esse, immo vt omnj calumpniose impetenti via de cetero sit precluſa, in evidens testimonium premissorum presentes litteras inde confectas, ecclesie in Altenburch supradicte tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Cum nominibus testium subnotatis, qui sunt: dominus Vlricus Merczo et filius suus Otto, dominus Otto Grecus et frater suus Heinricus, dominus Heinricus Grazzer de Pulka, Otto Nevnekker et Chunradus frater suus, Heinricus Wiltperger, Lautwinus gener suus de Wolfpaizzinge, Chalhardus de Fuenveld, Heinricus Dachpech, Chunradus de Sancta Maria, Otto Durrenpach, Herwicus de Plenich, Albero Walkerstainer, Ludwicus scruitor castri, Chunradus Moser, Fridericus Gartner de Gors, Pilgrimus balneator, Heinricus Roush ibidem, Vlricus de Fukkla, Titmarus, Wolfkerus, Vlricus Wienner, famuli abbatis, et alij quam plures. Actum et datum in Gors, anno dominj MCCLXXXIX. in die sancti Pauli primi heremite.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Sieget (von dem ersten nur ein Bruchstück).

XLVII.

1289, 8. April, Wien. — *Bernhard, Bischof von Passau, genehmigt den zwischen dem Stifte Altenburg und dem Pfarrer Leopold von Neukirchen eingegangenen Tausch mehrerer Zehnten und Grundstücke.*

Wernberus dei gratia ecclesie Patauiensis episcopus venerabili fratri Chvnrado abbati ac dilectis in Christo conuentuj de Altenburch salutem et sinceram in domino caritatem. In nostra proposuistis presencia, quod cum dilectus in Christo Levpoldus plebanus de Nevnchiricho atque antecessores ipsius in bonis vestris vestro monasterio adiacentibus scilicet in Altenbvrch, in Fokkla, in Hagleiten, in Svltz, in Weyden, in Pvrgerwisen circa Chambam, et in Pheffing quasdam decimas, maiores et minutas, et alias proprietates, et etiam ius parrochiale haberent, vos considerantes vobis et vestro monasterio, decimas, proprietates, et iura huiusmodi comodosa de consensu magnificj principis, illustris domini Alberti, ducis Austrie ipsius ecclesie in Nevnchirichn patronj ea a dicto

plebano et ecclesia in Nevnchirichen exemistis, dando sibi curiam villicalem et quatuor areas in villa in Nevnchirichen, et aream vnam in Pevgen, et agrum in Nevnchirichen, permutationis tytulo pro eisdem, quas etiam possessiones idem plebanus sue reputabat ecclesie melius expedire, quare petiuistis a nobis, vt dignaremur permutationem huiusmodj confirmare. Nos igitur vestris petitionibus fauorabiliter annuentes, attendentes etiam eam vtrique ecclesie expedire, ipsam auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. In cuius rej perpetuam memoriam presentes damus litteras sigillj nostrj munimine roboratas. Datum Wienne, anno domini MCCLXXXVIIII°, VI. Idus Aprilis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

XLVIII.

1289, 13. October, Hollenstein. — *Elisabeth von Hollenstein schenkt dem Stifte Altenburg ihren Hof in Suelinges.*

Quoniam ea que pro animarum remediis dei fiunt intuitu, magna propter obliuionem hominum roboris indigent firmitate, hinc est quod ego Elysabeth de Hollenstain cunctis Christi fidelibus cupio fore notum, quod ego instinctu dei monita, eterna bona desiderans rebus temporalibus comparare, cum consensu et voluntate beniuola nobilis domini Hartmanni mariti mei dilecti, ac cum fauore bono Cerronis nostri filij karissimi, curiam meam in Suelinges sitam ad me iure hereditario pertinentem in proprietatem ecclesie sancti Lamberti in Altenburch pro salute anime mee ac etiam mariti mei superius memorati omniumque nostrorum progenitorum remedio, ad censum decem denariorum in festo sancti Lamberti annis singulis soluendorum, cum omnibus suis adtinenciis liberaliter resignaui, et tam dominus maritus meus iam predictus, quam etiam filius noster prelibatus se obligant vna mecum et hoc ipsum presentibus compromittunt, quod omnem defensionem secundum formam iusticie supradicto monasterio velint vna mecum de premissa curia contra impetentem quemlibet exhibere. Censum vero Albertus dictus auunculus, qui ciuile ius a nobis comparatum sua pecunia in curia memorata possidet, statuto sibi die persolucre tenetur, si emendam euadere voluerit, qua secundum terre consuetudinem et inris ordinem, census debiti detentores generaliter puniuntur. Vt

autem hec mea legacio siue donacio rata et firma permaneat omni euo, et vt omni impetenti perpetuum silencium de cetero imponatur, in euidens testimonium premissorum pariter et cautelam sepedicto monasterio in Altenburch presentem litteram tradidi sigillorum nostrorum tam domini mariti mei, quam etiam sigilli proprij munimine roboratam. Huius rei testes sunt: dominus Albero dictus Struno de Svartzenowe, Vlricus frater suus, dominus Fridericus dictus Waltsrat, Fridericus de Eyrichs, Vlricus et Ortolfus fratres eius, Albertus, Albero, Herbordus fratres dicti Gerstner, Heinricus Pernharstorfer, Johannes consobrinus eius, Welez de Patzmanstorf, Gotschalcus de Fronhoven, Engilbertus de Chrug, Vlricus et Otto fratres de Grueh, Chunradus Sultzer, Vlricus Wienner, Vlricus dictus Star, Ditmarus de Altenburch, et alij quam plures. Actum et datum in Hollenstain, anno domini MCCLXXXVIII. jn die sancti Cholomannj.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

XLIX.

1290, 3. Februar, Altenburg. — *Abt Walchun von Altenburg genehmigt, dass sein Cuplan, der Pfarrer Wolfram von Stregen, um einige dem Friedrich dem Fuchs von Ekkenstein abgekaufte Liegenschaften bezahlen zu können, eine Besitzung in Krug an das Nonnenstift St. Bernhard verkauft habe.*

Nos Walchunus dei gracia abbas in Altenburch, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod cum dominus Wolframmus plebanus de Stregen, cappellanus noster, nomine ecclesie suc, que nos iure respicit patronatus, proprietates quasdam sue ecclesie contiguas pro tredecim talentis denariorum Wiennensium apud Fridericum Wulpem de Ekkenstain comparasset, nec eandem haberet persolvere pecunie quantitatem, memoratus domiuus plebanus nostram accedens presenciam proposuit, quod pro resolucione dictarum possessionum ecclesie sue magis vtilium venerabilibus sancti monialibus, dominabus ad sanctum Pernhardum in Chrug, aream vnam ibidem sitam, solventem quadraginta denarios, eum exeniis suis pro tribus talentis et sexaginta denariis vendidisset, et super eo fauorem nostrum petiit se habere; nos vero pensata vtilitate fructifera ecclesie nostre in Stregen prelibate de consensu beniuolo capituli nostri et amicorum

nostrorum ac proborum virorum consilio fideli ad hoc factum nostram dedimus voluntatem. No autem aliquis successorum nostrorum hanc empcionem siue vendicionem rite factam imposterum valeat irritare, presentes literas inde conscriptas iam predictis dominabus ad sanctum Pernhardum in Chrug tradidimus in evidens testimonium et cautelam sigilli nostri munimine roboratas. Huius rei testes sunt: dominus Chunradus de Strenich, dominus Nycolaus custos, Sifridus scolasticus, Andreas cellerarius, fratres in Altenburch; dominus Paulus plebanus de Rorenpach, dominus Heinricus de Pach, Heinricus Wiltperger, Heinricus Dachpech, Gotschalcus de Fronhoven, Vlricus et Otto fratres de Grueb, Hartlibus de Rosenberch, Fridericus Wulpis, Albertus Roussher, Ditmarus, Vlricus, famuli domus nostre et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Altenburch anno domini MCCLXXXX. in die sancti Blasii martyris et episcopi.

Orig. im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive. — Gedruckt in Fontes rer. Austr. Diplom. I, pag. 242, Nr. XIX.

L.

1290, 9. Mai, Sulz. — *Stephan von Meissau, Marschall von Österreich, beurkundet, dass Friedrich der Fuchs sein Haus zu Eckerstein dem Stifte Altenburg und seine Besitzungen bei Strögen der Kirche in Strögen verkauft habe.*

Wier Stepphan von Meyssowe, der marshalich von Oesterich, tun chunt allen den, die nu lembtich sint oder her nach chumftich sint, die den gegenbuertigen prief an sehent daz der erber herre abt Walchûn von Alteubûrch vnt sein samnunge, gechovffet habent iêr gotshovss hintz Altenbûrch vmbe fumphtzige phunt phenninge datz Friderichen dem Vuchs vnt ze seiner hovsfrovn vrou Dyemuten daz hovsse datz Ekkenstain mit dem aigen, daz der zûe gehôrt, daz si pedev ze derselben ceitte io gver vnt in gualt heten vnt daz ier rehtez aigen was vnt da von mahten vreileich daz gegeben svem si wolten, vnt tun ouch ze wizzen allen den, diê disen prief horent lesen, daz der pharer Wolfram von Stregen in demselben iar ovch gechovffet hat hintz Stregen seinem gotshovsse, datz demselben Friderichen vnt ze vron Dyemuten seiner housfrovo, svaz si aigens heten pêi der chyrchen datz Stregen an ekkern vnt an povmkarten, vmbe drevtzchen phunt, vnt du die pede chovffe ergingen, du chom der vor genant herre abt

Walchûn vnt sein samnunge von Altenbûrch mit sampt dem pharrer von Stregen fuer vns ainthalbe, dar vmbe, daz wiêr iêr paider gotshovsser voit vnt shermer sein, vnt anderthalbe Friderich der Vuchs vnser diener vnt sein hovsfrowe var Dyemut, vnt iêr vrevnde; vnd muette der abt Walchûn vnt der pharrer von Stregen an iêr gotshousse stat, daz Friderich der Vuchs vnt sein hovsfrowe iêr zvain gotshovssern paidev hintz Altenbûrch vnt hintz Stregen nach aigens reht sherm vnt gvishait taten vber den chovf. Du loht Friderich der Vuchs vnt var Dyemut sein hovsfrowe, daz si dazselbe aigen verantwurtten wolten vor allem rehte vnt sin ovch sein sherm vnt gvêer ze rehten iarn vnt ze rehten tagen, als lants reht vnt aigens reht ist, vnt taten daz gelub, paidev Friderich vnt var Dyemut in vnser hant vnt in des abtes hant, vnt seiner samnunge vnt in pharrer Wolframes hant, an iêr gotshovsse stat. Darzôe ovch loht er Friderich mit sampt seiner hovsfrovn, daz si mit iêr guetlihem willen derselben fumphtzige phunt phenninge, die man in geit vmbe iêr aigen ze Ekkenstain, dreizeig phunt an legen shullen an ander aigen, vnt sol daz selhe ebentewer sein des gotshovsse ze Altenbûrch ze rehten iarn vnt ze rehten tagen, als daz reht vodert. Dennoch dar vber hat Vlreich der Vuchs von Shrettenstall, Fridereichs vater, den wiêr vorgenant haben, gesatzet mit seiner hovsfrovn vron Jevtten gunts vnt mit seiner chinde, Vlreichs, Ottoeins, Jeutten, Vlreichs vnt Leêheins gûtleichen willen nach seins suns Fridereichs vnt nach seiner snuer vron Dyematen pet sein aigen ze Newenehyrchen, ze Chrûg, ze Gaudcrndorf, daz er in paiden emaln gesatzet het ze rehter margengah fuêr fumphtzige phunt phenninge, vnt hot daz getan mit solher peshaidenhait, suanne er zvissen sant Mychels tage vnt sant Georgen misse daz selhe aigen lôesen welle da fuer, vnt igelichez gesatzet sêi, daz man im des stat shulle tun, vnt in sein niht iêrren shulle, doch also, svenne er gelôese daz selbe guet, als igeleichez steê, daz diselben phenninge daz gothshovsse ze Altenburch inne haben sol so lange, vntz daz Friderêich der Vuchs oder sein vrevnde aigen chovffen vmhe diselben fumphtzige phunt phenninge, daz dem gotshovss hintz Altenhûrch gvisse ebentewer sêi wider dtze aigen. Vnt ist ovch gelobt, daz paidev die dreizeig phunt, als oben gesbriben stet, vnt ouch di fumphteig phunt, als her nach geshriben ist, ob daz aigen

mit anander geloest wert oder niht, an geleit shullen wern, nach shechs mannen rat, nach Ortolfes rat von dem Taurais, nach Hainreichs rat von Wiltperch, nach Gotschalichs rat von Vronhouen, nach Engelprehts rat von Chrûg, nach der Grueber rat, Vlrichs vnt Otteins seins pruder. Vnt daz diê red vnt der gewerfte, als er reddeleben geshehen ist, vuerbaz stêt peleib vnt vnzebrochen, des gib ich disen prief ze vrchunde dem gotshovsse bintz Altenbûrch, versigelt mi meinem jnsigel, vnt hern Ortolfes jnsigel von Ronnenberch, vnt mit hern Hadmars jnsigel von Wintchel vnt mit hern Rapotes vnt hern Erchenprehts vnt mit hern Haidenreichs jnsigel, der pûrkeranen von Gorshc, dîe pei dem gverfte gvesen sint vnt sein ouch gezeuge sint mit andern gezeugen, die also genant sint: daz her Hadmar der alt von Sunnenberch, ber Adlolt von Cheiowe, her Hainreich sein sun, Wernher der Hevzze der rihter von Poclan Vlreich der Vuchs von Shretentall, Engelpreht vnt Albrecht di Vûchse von Haselperch, Heinreich der Dachpech, Vlreich sein pruder, Charel von Stregen, Chunrat der Sultzer, Vlreich der Star, Ditmar von Altenbûrch, vnt ander frumer lot genuch. Daz ist geshehen nach Christes gepuertte vber tousent iar, zvai hundert iar, in dem newenzigisten iar, datz Sultze in dem poumkarten, septimo Idus Maij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 6 Sieget.

LI.

1290, 9. Mai, Sulz. — *Walchun der Abt und der Convent von Altenburg versprechen das Schloss Eckenstein nie ohne Einwilligung ihres Kirchenvogtes, des Stephan von Meissau zu veräussern.*

Nos Walchunus dei gratia abbas in Altenburch, Leupoldus prior, totusque conuentus ibidem, presentibus protestamur et constare volumus vniuersis, quod cum castellum in Ekkenstain apud Fridericum Vulpem et vxorem suam, dominam Dyemudim, cum consilio et fauore strennuj viri, dominj Stephani de Meissowe, nostre ecclesie aduocati, pro quinquaginta talentis denariorum Wiennensium emissemus in proprietatem nostre ecclesie iam predicte, promissionem talem eidem karissimo domino nostro advocato fecimus,

vt si, quod dominus non dederit, vendere vel alienare ab ecclesia nostra quocumque casu emergente aliquando decreuerimus idem castrum, quod preter suum consilium et consensum id nullatenus facere debeamus. In cuius rei testimonium presentes sibi damus litteras sigillorum nostrorum tam conuentus, quam nostri, munimine roboratas. Huius rei testes sunt, qui presentes ibi aderant: dominus Ortolfus de Ronberch, dominus Hadmarus de Winchel, dominus Rappoto, dominus Erchenbertus, purkcrauij de Gorsh, dominus Heinricus de Chyowe, Wernherus Herzzo judex in Polan, Engelbertus de Chrug, judex in Horn, Vlricus de Srettentall, Engelbertus, Albero, fratres dicti Wulpes de Hasilberch, Ortolfus de Taurais, Gotschalcus de Fronhoven, Vlricus, Otto, fratres Gruebarij dicti, Heinricus de Wiltperch, Karolus de Stregen, et alij quam plures laici fide digni. Datum et actum in Sultze, anno dominj MCCXC, septimo Idus Maij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LII.

1290, 9. Mai, Sulz. — *Stephan von Meissau, Marschall von Österreich, beurkundet das Versprechen des Abtes und Convents des Stiftes Altenburg, das Schloss Eckenstein, welches sie von Friedrich Fuchs gekauft haben, niemals ohne seine Einwilligung zu veräussern.*

Nos Stephanus de Meissowe, marschalcus Austrie, presentibus protestamur et constare volumus vniuersis, quod cum venerabiles viri, ... abbas et conventus in Altenburch nomine ecclesie sue castellum in Ekkenstain cum omnibus suis adtinenciis in proprietatem ipsius ecclesie mediante nostro consilio et fauore apud Fridericum Vulpem et vxorem suam dominam Dyemudim pro quinquaginta talentis denariorum Wiennensium comparassent, sentientes se per nos in foro huiusmodj consecutos promocionem fidelem, omni studio deo teste ad talem se nobis promissionem proinde obligarunt, quod numquam vendere vel alienare a sua debeant ecclesia castellum prenominatum preter nostrum consilium et consensum, et super eo nostras assignari sibi et suo monasterio presentes litteras pro testimonio petiuerunt, sigilli nostri robore consignatas pariter et firmatas. Huius rei testes sunt: dominus Ortolfus de Ronnenberch, dominus Hadmarus de Winchel, dominus Rappoto

dominus Erchenbertus, purkcrauii de Gorsh, dominus Heinricus de Cheiowe, Wernherus Hevzzo, judex in Polan, Engelbertus de Chrug, judex in Horn, Vlricus de Srettentall, Engelbertus, Albero, fratres dicti Vulpes de Hasilberch, Ortolfus de Taurais, Gotschalcus de Fronhoven, Vlricus, Otto, fratres dicti de Grueb, Heinricus de Wiltperch, Karolus de Stregen, et alij quam plures laici fide digni. Datum et actum in Sultze, anno dominj MCCXC, septimo Idus Maij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

LIII.

1290, 27. Mai, Altenburg. — *Wolchun der Abt und der Convent von Altenburg verleihen dem Heinrich, Vicepfarrer in Haselbach das Burgrecht auf einem von demselben erkauften Acker.*

Nos Walchunus dei gratia abbas in Altenburch presentibus protestamur et constare volumus vniuersis, quod cum honorabilis dominus Heinricus, nunc viceplebanus in Hasilpach, aput Vlricum dictum Golt et vxorem suam dominam Gislam pecunia sua comparasset agrum, qui Svaichwis dicitur, situatum inter Fronhoven et civitatem Horn, proprietario iure ad nostram ecclesiam pertinentem, nos ad sui peticionem de bona voluntate nostri capituli et consensu eidem civile ius recognoscentes, sicut antea ab ecclesia nostra prelibatus Vlricus possederat, porreximus sibi desuper manus nostras. In cuius rei testimonium robur sigillorum nostrorum presentibus duximus apponendum. Huius rei testes sunt: dominus Chunradus de Strenich, dominus Syfridus scolasticus, dominus Andreas cellerarius, dominus Wolframmus plebanus de Stregen, dominus Paulus plebanus de Rorenpach, dominus Heinricus plebanus de Horn, dominus Leupoldus plebanus de Modcrico, Gotschalcus de Fronhoven, Vlricus Grueber, Otto frater suus, Chunradus Sultzer, Ditmarus de Altenburch, Vlricus dictus Star, et alij quam plures. Actum et datum in Altenburch, anno domini MCCXC. sexto Kalendas Junij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Sieget.

LIV.

1290, 13. Juli, Altenburg. — *Stephan von Meissau, Marschall von Österreich, beurkundet die von 35 Bürgen gekräftigte Urfehde des Konrad von St. Margarethen gegen das Stift Altenburg.*

Nos Stephanus de Meissowe, marschalcus Austrie, tenore presencium profitemur, quod cum venerabilis dominus Walchunus abbas in Altenburch villicum suum Chunradum de Sancta Margareta pro suis excessibus captiuasset, et eundem emendatum ac etiam per nos sibi postea reconciliatum liberum dimisisset, dictus Chunradus colonus et villicus abbatis memorati promissionem talem, tam domino suo, quam etiam nobis, coram viris fecit ydoneis fide data, quod nuncquam per se, neque per aliquam personam interpositam, ipse cum omnibus suis amicis attemptare presumat monasterium in Altenburch vel personas dicti monasterij, siue bona eorundem vbicumque locorum sita, vel etiam illos, qui captiuitati sue interfuerunt et ad illam auxilium et consilium prestiterunt, sev etiam possessiones et bona ipsorum vbicumque locorum posita verbis vel operibus de cetero molestare. Ad cuius promissionis fedus inviolabiliter obseruandum fideiussores triginta quinque nobis et ecclesie in Altenburch predicte constituit vna secum, qui vnanimiter omnes ad hoc se bona voluntate obligauerunt, etiam fide data, quod si per Chunradum prelibatum vel per amicos suos fedus nobiscum initum siue laudamentum promissi huius corrumpatur vel aliquo modo infringatur, quod infra dies quatuordecim statim, vt eis intimatum fuerit, dampnis siue grauaminibus dicte ecclesie in Altenburch prius depositis domini abbatis et nostram indignacionem non negligant mitigare. Quod si non fecerint infra terminum iam predictum, omnes et singuli ciuitatem in Horn die sequenti subintrare festinent omnibus pretermissis, inde nuncquam exituri, quo vsque centum talenta pretaxate ecclesie in Altenburch et nobis fuerint contributa. Si autem vnus fideiussorum, vel duo, vel plures, vel certe Chunradus villicus per mortem de medio sublatus fuerit, vel causa alia legittima impeditus, et heredes Chunradi vel amici culpam presumpserint imposterum innouare, fideiussores ceteri ad premissa omnia integraliter exequenda nichilominus tencantur. Sunt autem fideiussores: Marquardus de Hag, Vreitlo de

Gesuende, Chunradus Ponhalm, Reimboto Freol, Chunradus de Grueb, Fridericus ibidem, Heinricus de Sancta Margareta, Gotschalcus, Rudolfus Sewer, Vlricus molendinator, Engelshalcus, Fridericus, Heinricus frater, villici, Dittricus ibidem, Heinricus, Fridericus et Heinricus de Veilendorf, Heinricus Puchler, Ortolfus, Otto, Reinwardus de Radwanstorf, Meinhardus, Marquardus, Heinricus de Erybendorf, Chunradus, Fridericus de Hetzleinstorf, Heinricus de Evinge, Chunradus de Prunsleinstorf, Engelschalcus, Chunradus de Linsperge, Dittricus de Chůnratstorf, Rudolfus Sartor de Sancto Ypolito, Chunradus de Oberahoven, Chunradus Seber. In cuius rei testimoninm tam sigillo nostro, quam etiam sigillo Reimbotonis dicti Frevl, qui etiam huius cause vna nobiscum sollicitus exstitit complanator, presentem litteram conscriptam communiri fecimus, et pro euidenti memoria ecclesie in Altenburch tradidimus supradicte. Testes sunt: Heinricus de Wiltperch, Gotschalcus de Fronhouen, Vlricus Grueber, Otto frater suus, Chunradus Sultzer, Vlricus Wienner, Vlricus Star, Ditmarus de Altenburch, et alij quam plures. Actum et datum in Altènburch, anno dominj MCCXC. jn die sancte Margarete virginis gloriose.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel vorhanden, das zweite fehlt.

LV.

1290, 24. September, Tirnstein. — *Leutold von Kunring, Schenk in Österreich, beurkundet den Verkauf einer Gülte zu Straning von Alram von Jeuching, genannt Hartweichsteiner, an das Stift Altenburg.*

Ne gesta hominum mutabilia per transcursum temporis defluentis in obliuionem decidant et errorem, proborum ea virorum testimoniis et litterarum apicibus conuenit perhennari. Hinc est, quod nos Leutoldus de Chunringe, pincerna Austrie, tenore presencium protestamur et constare volumus vniuersis, quod cum venerabilis dominus Walchunus abbas et conuentus honorabilium fratrum in Altenburch nomine ecclesie sue vnius talenti redditus in villa Strenich situati aput Alrammum de Jevhinge, dictum Hertweichstainer, et vxorem suam dominam Gedrudim de Streitwesen, cognatam nostram, de bona voluntate filie sue Marie, pro

vndecim talentis denariorum Wiennensium et sexaginta denariis comparassent, Heinricus dictus Waser, gener Alrammj militis prenotati, suique heredes, videlicet Margareta, Alrammus, Heinricus et Chunegundis, quia assensum eorum primitus non dederant ad hoc forum, acceptis duobus talentis, a nobis vno et ab Alrammo auo ipsorum secundo, renunciauerunt omni iuri, quod eisdem competere videbatur in possessionibus memoratis. In cuius rei testimonium pariter et cautelam prenominate ecclesie sancti Lamperti in Altenburch, cum hec nostro sint consilio terminata, presentes damus litteras, sigilli nostri robore communitas. Huius rei testes sunt: dominus Vlricus plebanus de Tyrenstain, dominus Wolframmus plebanus de Stregen, dominus Eberhardus sacerdos, socius aput sanctum Mychahelem, dominus Fridericus de Mychelsteten, dominus Rugerus de Zaucharn, dominus Heinricus de Svellenpach, dominus Perchtoldus de Akstain, dominus Otto de Pergarn, dominus Vlricus Mertzo de Chotzendorf, dominus Otto Grecus de Vreitzlarn, dominus Heinricus de Pach, Heinricus Huglinger, Arnoldus Huglinger, Ortwinus dictus Geiger, Dittricus Grueber et Vlricus de Wachovia, Engelbertus judex in Horn, Vlricus Grueber, Otto frater suus, Heinricus Wiltperger, Heinricus Dachpech, Gotschalcus de Fronhoven, Chunradus de Sancta Maria, Hugo de Molt, Chunradus, Fridericus ibidem, Hainricus notarius, Siefridus scriptor de Tyrenstain, Hainricus Hereticus de Jevhinge, judex noster ibidem, Ditmarus de Altenburch, Vlricus Wienner, Chunradus Sultzer, et alij quam plures. Datum et actum in Tyrenstain, anno dominj MCC. nonagesimo, octauo Kalendas Octobris.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

LVI.

1290, 3. December, Altenburg. — *Hugo von Pergau bestimmt sein Lehen in Stateldorf als Widerwechsel für das von seinem Verwandten Friedrich Fuchs an das Stift Altenburg verkaufte Schloss Eckenstein.*

In nomine domini amen. Ego Hugo de Pergowe notum esse cupio Christi fidelibus uniuersis, quod viris in Christo venerabilibus et deuotis, reuerendo domino Walchuno abbati et conuentui honorabilium fratrum ecclesie sancti Lamberti in Altenburch, qui

nomine ecclesie sue iam predicte castellum in Ekkenstain cum omnibus suis adtinentiis apud Fridericum Vulpem, cognatum meum, et vxorem suam dominam Dyemudim pro quinquaginta talentis denariorum Wiennensium comparauerant, beneficium meum in Stetillendorf situm, quod iam dictus Fridericus cum proprietate et iure ciuili pro sexto decimo dimidio talento de pecunia ab ecclesia memorata in Altenburch pro castello Ekkenstain sibi data pleno iure de cetero possidendum comparauerat proprietate videlicet a me, ciuili vero iure a Chunrado et Wolframmo rusticis, de meo consilio et consensu totaliter exsoluto, ob intuitum peticionis predicti cognati mei, Friderici et vxoris sue domine Dyemudis iam premisse pro certa recompensa assigno presentibus meis scriptis, et vna cum Friderico prehabito atque vxore sua domina Dyemude sepedicta ad hoc ipsum me obligo fide data, pro eis et cum eis firmiter compromittens, quod prenominate ecclesie sancti Lamperti in Altenburch preexpressum superius beneficium in Stetillendorf cum omni iure, sicut idipsum cognatus meus supradictus a me et a rusticis prius positis comparatum possidet, tam proprietario scilicet quam ciuili, velim si ad hoc ex necessitate fuerit deuolutum, sub recompensacionis tytulo pro predio in Ekkenstain pretaxato secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem ad debita tempora fideliter defensare, hoc subiciens, vt si ecclesia memorata in Altenburch repulsam aliquam per iniuriam vel calumpniam paciatur in predictis possessionibus, quod non spero, quod extunc tam ego, quam etiam Fridericus Vulpis prehabitus vna mecum, cum vxore sua et liberis eorum prenotatis, indempnem ecclesiam sepedictam reddere per omnia teneamur. Vt autem hoc factum ratum permaneat atque firmum, prenominate ecclesie sancti Lamperti in Altenburch et fratribus ibidem deo seruientibus in euidens testimonium omnium premissorum presentem litteram tradidi, et eandem sigillo nobilis viri domini Stephani de Meissowe, marschalci Austrie, dicti monasterij aduocati, vna cum adpensione sygilli proprii communiri firmiter procuraui. Huius rei testes sunt: dominus Stephanus de Meissowe pretaxatus, dominus Ortolfus de Ronnenberch, dominus Rapoto, dominus Erchenbertus, dominus Haidenricus, fratres pûrkerauij de Gorshe, dominus Hadmarus de Winchel, dominus Heinricus de Chŷowe, ministeriales terre, Vlricus Vulpis de Shretental, Wern-

herus dictus Hevzzo, judex in Polan, Engelbertus de Chrug, judex in Horn, Heinricus Wiltperger, Gotshalcus de Fronhoven, Ortolfus de Taurais, Albero, Lautwinus, fratres sui, Vlricus, Otto, fratres de Grueh, Engelbertus, Albertus, fratres de Hasilberch, dicti Vulpes, Carolus de Stregen, Hugo de Molt, Chunradus Sultzer, Vlricus Wienner, Vlricus dictus Star, Ditmarus de Altenbureh, Chunradus filius suus, et alij quam plures laici fide digni. Actum et datum in Altenburch, anno domini MCCXC, tercio Nonas Decembris.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Die beiden Siegel fehlen.

LVII.

1291, 8. Jänner, Wien. — *Ludwig von Zelking gibt dem Stifte Altenburg zwei Lehen zu Teinzendorf.*

Ich Ludweich von Celkinge tun chunt allen den, di nu lembtich sint vnd hernach chomftich sint, di den gegenburtigen priue ansehent oder lesent, daz ieh mit verdahtem mut mein selbes vnt mit meiner housvroun vron Offmein guntste, vnt ouch meiner sun Heinreichs, Marcharts vnd Ludweigs, vnd aller vnser gerben gutem willen, han gegeben zwai leben ze Tevntzendorf, di vnser aigen gewesen sint, dem gotshous ze Altenburch mit allem vnserm rehte, vnd haben daz getan, du wir daz wol getun mahten, vnt wellen des selben aigens des vor bnanten gotshousse sherm sein, als landes reht ist, vnd haben des vnser trewe gegeben, ieh, mein hovsvrowe vnd meinev chinde, di vor bnant sint. Vnd daz di rede vůrbaz stet sei vnt vntzehrochen, des gib ich disen prive ze rehter vrehunde, versigelt mit meinen jnsigel. Des sint gezeuge her Rapot, her Erchenpreht, her Haidenreich, di purkerauen von Gorse, Hadmar von Sunbereh, Sefrid von Plenich, Alber, Vlreich vnd Wernhart di Strevnne von Swartzenowe, vnd ander vrume levt gnuch. Daz ist geschehen vnd ist der priue gegeben vber tousent iar, zwai hundert iar, in dem ainen vnt nevneigistem iar nach Christes gepurt, datz Wienne, an sant Erharts tage.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel (halb zerbrochen).

LVIII.

1291, 9. April, Drosendorf. — *Reinhard von Chodaun verkauft dem Stifte Altenburg sein Eigen bei Fuglau und eine Mühle an der Kamp bei Reut.*

In nomine domini amen. Ego Renwardus de Chodaun notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris, banc litteram inspecturis, quod ego viris in Christo honorabilibus abbati et conventui in Altenburch et ecclesie ipsorum ibidem proprietatem meam liberam et absolutam in Fukkla sitam, in campis et in villa, et aput Chambam prope Revt molendinum, cum omnibus adtinenciis, sicut post mortem matris mee iam defuncte deuolutam ad me iure hereditario idipsam quiete et pacifice possidebam cum vsu et fructu, pleno iure meo, pro quinquaginta talentis minus duobus vendidi, et hoc de consensu et consilio vxoris mee domine Alhaidis, et filiorum meorum Duringi videlicet et Renwardi, ac filiarum mearum Jeutte, Gedrudis et Alhaidis, nec non omnium heredum meorum voluntate bona feci, atque eidem proprietati siue possessionibus pretaxatis renunciaui exnunc et imperpetuum, cum bisdem meis heredibus et omnium eorum posteritate, et ad altare sancti Lamberti in Altenburch manu propria liberaliter resignaui, compromittens presentibus et faciens dicti ecclesie pro foro et facto tali talem certitudinis firmitatem, quod ego cum domina vxore mea prehabita et omnibus meis heredibus prius dictis, secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem, monasterio in Altenburch prenotato de iam dictis possessionibus per me venditis defensionem debitam exhibere velim ad certa tempora vt debeam, et ad plenum si necesse fuerit contra omnem calumpniam et iniuriam ius prestare triginta annis et amplius, vt est iuris. Que omnia et singula fide data ad manus nobilis viri domini Stephani de Meissowe marshalci Austrie, dicti monasterij advocati, atque ad manus domini Walchuni abbatis et tocius sue congregacionis me obligo inviolabiliter vna cum vxore et liberis seruaturum. Insuper quoque ad maiorem cautelam perennitatis fideiussores constituo vna mecum, quos subsequenter in ordine pronuncio nominatim. Qui sunt Almarus de Muluelde, Salatinus, Danquardus, tres mei fratres, Magenso meus auunculus de Shyrneinsrevt, Lybhardus de Dumpratz, Vlricus de Lindenvelde et Almarus de Speissendorf, mei consobrini, qui singuli fide data se ad hoc vnanimiter

obligarunt, si iam dicta ecclesia in Altenhurch in premissis possessionibus defensionem sibi minus sufficientem inveniat, quod ipsi pro eadem, vna nobiscum et pro nobis, si necesse fuerit, similiter iuri stare debeant, atque pro iam dictis possessionibus omni calumpnie et iniurie obuiare. In quo si defecerint, et ecclesiam in Altenburch neglexerint supradictam, per equeualentes possessiones, quas ipsi eidem ecclesie recompensacionis titulo assignabunt, indempnem cam vna nobiscum per omnia reddere teneantur. Quod si ad hoc idipsum, vt promissum est, non fuerit fideliter adimpletum, fides mea ac etiam domine vxoris mee nec non omnium heredum atque fideiussorum meorum prenominatorum cum bonis et rebus nostris omnibus mobilibus et immobilibus ac personis, testimonio presencium nomine pignoris obligata teneatur, ultro ipsi ecclesie ad totalem restitucionem et satisfactionem dampni grauaminis et laboris, et ad ea exnunc abbati et conuentuj dicti loci nos et nostra presenti baivlo irretractabiliter obligamus, jta sane, vt quod in vno nostrum minus fuerit, alter nichilominus sine ceteri predictorum id sine contradictione qualibet suppleant et restaurent. Ne autem hanc formam vendicionis per me rite et racionabiliter contractam quisquam imposterum per calumpniam vel iniuriam valeat infirmare, sed vt rata permaneat omni euo, in euidens testimonium premissorum pariter et cautelam presentes litteras inde confectas, prenominate ecclesie in Altenburch et fratribus ibidem deo seruientibus tradidi, et easdem, quia sygillo proprio carui, quatuor nobilium ministerialium terre, videlicet domini Stephani de Meissowe prefati, domini Ortolfi de Ronnenberch, domini Wulfingi de Slevntz et domini Alberonis Strunonis de Suartzenowe, qui presentibus intererant, et etiam testes sunt, procuraui et impetraui sigillis cereis firmiter communiri. Huius rei etiam testes sunt: dominus Rapoto, dominus Erchenbertus, dominus Haidenricus, purkerauij in Gorshe, dominus Poppo de Lyebenbereh, dominus Heinricus de Durrenpach, dominus Vlricus Marcius de Chotzendorf, Otto filius suus, dominus Heinricus de Pach, dominus Hugo de Molt, Heinricus Wiltperger, Heinricus Dahpech, Gotshalcus de Fronbouen, Engilbertus de Chrug, Otto de Grueb, Wippoto, Wichardus, et junior Wichardus de Peugen, Albero Waltkerstainer, Ditmarus de Altenburch, Chunradus Sultzer, Vlricus Star, et alij quam plures. Actum et

datum in Drozendorf, anno dominj MCC. nonagesimo primo, quinto Idus Aprilis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 4 Siegel. — Ein zweites Original mit 4 Siegeln in deutscher Sprache ebendaselbst.

LIX.

1291, 21. April, Altenburg. — *Ulrich Fuchs von Schretenthal gibt dem Stifte Altenburg das Eigenthumsrecht aller von der Brigitta von Neukirchen ihm abgekauften und von ihr an das Stift verkauften Güter in Krug bei St. Bernhard, bei Poigen und Neukirchen.*

Qvia breuis est vite hominis super terram, et per obliuionem a memoria posterorum labitur, quod scriptuarum serie et voce testium non firmatur, noscant igitur tam presentis quam successure etatis cuncti fideles, quod ego Vlricus dictus Vulpis de Shrettentall cum consilio et consensu domine Jevtte vxoris mee, et fauore bono filiorum meorum, Vlrici et Ottonis et filie mee Agnetis, proprietatem meam, que me iure contingebat hereditario, quam etiam proprietatem honesta matrona Brigida de Newenchirchen aput me et vxorem meam pretactam de voluntate heniuola heredum meorum predictorum in possessionem ecclesie sancti Lamberti in Altenburch pro decem et septem talentis denariorum Wiennensium comparauit, monasterio iam dicto in Altenburch pleno iure tradidi et ad altare sancti Lamberti ibidem manu propria liberaliter resignaui, fide data ad manus domini Walchuni venerabilis abbatis eiusdem ecclesie firmiter compromittens, quod tam ego quam etiam prefata domina vxor mea defensionem debitam secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem monasterio supradicto velimus de proprietate siue possessionibus prehabitis contra omnem impetentem totaliter exhibere. Est autem proprietas talis in Chrug aput Sanctum Pernhardum heneficium vnum situm, soluens dimidium talentum, area ibidem soluens sexaginta denarios, circa Pevgen in campo qui Chalich dicitur ager situatus soluens octo denarios, in Newenchirchen heneficium vnum soluens septuaginta et quinque denarios. Insuper quoque ad clariorem euidenciam perpetue firmitatis auunculum meum, dominum Ottonem de Purkdorf dictarum possessionum defensorem et fideiussorem presentibus scriptis constituo vna mecum, qui ad hoc ipsum fide data se etiam obligat sub hac forma, quod omne dampnum teneatur refundere vna nobis-

cum, quod per calumpniam vel iniurium in prefatis possessionibus in Chrug, in Newenchirchen, et in Pevgen in futuro perpessa fuerit ecclesia memorata. Cum autem prelibati heredes mei ad etatem legittime maturitatis pervenerint, et fidem debite defensionis super premissis possessionibus siue bonis sepedicte ecclesie in Altenburch plenariam valeant exhibere, extunc abbas et conventus dicti monasterij accepta fideiussoria caucione et sufficienti certitudine ab eisdem pretaxatum dominum Ottonem de Půrkdorf cum restitucione presentis littere absolutum dimittant, si dicti domini et fratres ab eo super huiusmodi fuerint requisiti, quam tamen absolucionem predictus dominus Otto nullatenus consequetur, nisi prius per me et dominam vxurem meam, si superstites fuerimus, et heredes meos prenotatos, exhibeatur alia super premissis bonis iam dicte ecclesie sufficiens certitudo. In cuius rei testimonium cuidens pariter et cautelam presentes litteras super predictis omnibus conscriptas prenominate ecclesie sancti Lamberti in Altenburch tradidi, et easdem sigillo domini Ottonis de Půrkdorf cum appensione sigilli proprij communiri firmiter procuraui. Huius rei testes sunt: dominus Stephanus de Meissowe, marschalcus Austrie, dominus Vlricus Marcius de Chotzendorf, Otto filius suus, dominus Heinricus de Pach, Heinricus de Wiltperch, Heinricus filius suus, Gotschalcus de Vronhouen, Heinricus Dahpech, Vlricus frater suus, Engelbertus de Chrůg, Otto et Vlricus, fratres de Grueb, Wippoto de Pevgen, Wichardus senior ibidem, jtem Wichardus iunior ibidem, Ortolfus de Taurais, Albero, Lavtwinus fratres sui, Hugo de Molt, Chunradus de Sancta Maria, Heinricus de Ditmarsdorf, Wichmannus filius suus, Fridericus Vulpis, Leo frater suus, Karolus de Stregen, Vlricus Wienner, Chunradus Shultzer, Vlricus dictus Star, Ditmarus de Altenburch, Chunradus filius suus, et alii quam plures laici fide digni. Actum et datum in Altenburch, anno dominj millesimo ducentesimo nonagesimo primo, vndecimo Kalendas Maij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LX.

1291, 30. Mai, Altenburg. — *Walchun, Abt und der Convent von Altenburg, geben eine Hofstatt zu Fraunhofen an der Strasse einem gewissen Colonen Günther als Burgrecht.*

In nomine domini amen. Nos Walchunus diuina miseracione abbas, Leupoldus prior, totusque conventus in Altenburch presentibus protestamur et constare volumus tam futuri temporis fidelibus quam presentis, quod nos cum communi consilio et consensu tocius nostre congregacionis villicarem curiam ecclesie nostre in Vronhouen apud stratam situatam Gunthero nostro colono ibidem et vxori sue ac eorum heredibus ciuili iure, quod vulgariter pûrkreht dicitur, locauimus et a nostris manibus contulimus ad hunc censum, quod de iam dicta curia in festo sancti Egidij confessoris nobis descruiat annis singulis duos modios siliginis, quadraginta septem mensuras auene, dimidium modium tritici, dimidium modium ordei, jn tribus festiuitatibus domini duodecim caseos, et sexaginta ova suo tempore, unum anserem, duos pullos carnisbriualcs et totidem auptumpnales, jn epyphania domini porcum ad valorem talenti dimidii computatum. Vendens quoque curiam pro iure destitucionis nobis sexaginta denarios, et emens pro iure institucionis totidem ministrabit. Volumus insuper atque in ipsa locacione subiecimus, ut colonus prefate curie resideat et nobis in omnibus obediat, ut colonus suo tenetur legittimo domino obedire, et non alteri nisi simplici rustico, qui iure prehabito similiter resideat, eam vendat, et vecturam vini de Wienna in vindemiis vel perficiat vel conducat. Ut autem hec nostra locacio siue collacio firma permaneat atque rata, et ne a nostris successoribus imposterum infringatur, in euidens testimonium pariter et cautelam omnium premissorum sepedictis Gunthero videlicet et uxori sue nec non heredibus eorundem presentem tradidimus litteram, sigillorum nostrorum tam uniuersitatis nostre, quam etiam sigilli proprij munimine roboratam. Huius rei testes sunt, qui presentes ibi aderant constituti: dominus Stephanus de Meissowe, marschalcus Austrie, dominus Heinricus de Pach, Heinricus Wiliperger, Gotschalcus de Vronhouen, Engilbertus de Chrug, Heinricus Dabpech, Otto de Grueb, Chunradus Shultzer, Ulricus dictus Star, Ditmarus de Altenburch, Prehtlinus, Heinricus Mautcr, Chunradus Theo-

lonarius, Fridericus Campsor frater suus, Fridericus dictus Vreunt, Chunradus Mauter, Wolfhardus carnifex, Heinricus frater suus, ciues in Horn; Chunradus villicus, Ulricus Stocharner, Otto Sublubio, Heinricus Halbereuter, omnes de Vronhouen, et alij quam plures. Actum et datum in Altenburch, anno domini MCC. nonagesimo primo, tercio Kalendas Junij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LXI.

1291, 26. September, Wien. — *Albert von Lachsendorf schenkt dem Stifte Altenburg Liegenschaften zu Teinzendorf.*

In nomine domini amen. Noscant tam presentis quam successure etatis cuncti fideles, quod ego Albertus de Lahsendorf cum consilio et consensu vxoris mee domine Dyemudis et heredum ac tocius mee posteritatis beniuola voluntate proprietatem meam in Tevnzendorf, que me hereditario contingebat et ex eo legandi vel vendendi hanc ipsam cuicumque volui liberam habui facultatem, videlicet quartum dimidium beneficium ibidem cum quatuor areis, ecclesie sancti Lamberti in Altenburch pro salute anime mee et omnium parentum meorum remedio, pleno iure meo, perpetuo tradidi possidendam, et eandem nomine ecclesie supradicte ad manus fratris Andree eiusdem monasterij cellerarij, vna cum domina vxore mea prehabita liberaliter resignaui, promittens fide data, quod defensionem debitam secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem velim de predictis possessionibus ipsi monasterio exhibere, et hoc dum adhuc bene potui sanus et viuus profiteor me fecisse. Ne autem de hoc facto alicui dubium generetur, sed vt hec mea donacio siue legacio firma et incommutabilis perseueret, presentem litteram inde confectam prenominate ecclesie sancti Lamberti in Altenburh et fratribus ibidem deo seruientibus pro euidenti testimonio tradidi, et eandem sigillis, tam domini Stephani de Meissowe marshalci Austrie, quam etiam domini Leupoldi de Sahsengange, ministerialium terre, vna cum appensione sigilli proprij communiri firmiter procuraui. Huius rei testes sunt: dominus Stephanus de Meissowe marshalcus Austrie, dominus Leupoldus de Sahsengange predicti, Levpoldus filius suus, dominus Alvldus de Chyowe, Heinricus filius suus,

dominus Wulfingus de Clevntz, dominus Rapoto, Erchenbertus, Haidenricus, fratres purkcrauij in Gorsbe, Hadmarus de Shonnenbercb, Heinricus de Durrenpacb, Ortolfus de Ronnenbercb, Poppo de Liebenberch, Fridericus de Zcinlevb. Datum et actum in Wienna, anno domini MCC. nonagesimo primo, sexto Kalendas Octobris.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

LXII.

1292, 23. März, Wien. — *Wilhelm, Abt der Schotten zu Wien, stellt dem Abt Walchun ein Zeugniss aus über dessen Verhalten gegen den Zehenteinsammler der römischen Kirche Nikolaus Prior von Nürnberg.*

Nos Wilhelmus dei gratia abbas sancte Marie Scotorum in Wienna presentibus protestamur, quod cum venerabilis dominus Walchunus abbas de Altenburch citatus a domino Nycolao priore de Nurenberch, qui se dicit collectorem censuum sancte Romane ecclesie debitorum, venisset ad nostram ecclesiam apud Wiennam, volens mandatis apostolicis prout tenebatur, tamquam filius obediens in omnibus obedire, et mediantibus nobis libenter habuisset commissionis siue mandati eiusdem collectoris, quod adhuc sufficiens nunquam receperat neque viderat sueque presencie copiam accedendi, sed et quod intenderet agere contra ipsum, et suam ecclesiam libencius cognouisset, paratus suis propositis secundum omnem formam iusticie deliberacione prehabita respondere, prenominatus dominus abbas de Altenburch, quia prior siue collector predictus sibi copiam, quam petiuit humiliter et quesiuit, facere noluit predictorum, senciens se et suam ecclesiam indebite pregrauatum et exspensas cum laboribus sibi sine meritis intulisse, inuocato nostro testimonio super premissis omnibus, cum nostro consilio sine fine ad propria remeauit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus adponendum Datum et actum in Wienna, anno domini MCC. nonagesimo secundo, decimo Kalendas Aprilis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

LXIII.

1292, 4. April, Wien. — *Bernhard, Bischof von Passau, vidimirt die Urkunde des Nikolaus, Priors der Ägidiuskirche zu Nürnberg, vom selben Tage, wornach das Stift Altenburg von der Zahlung aller Zehnten nach Rom von jeher befreit war.*

Nos Wernhardus dei gratia ecclesie Patauiensis episcopus tenore presencium protestamur, nos vidisse litteras fratris Nycolaij prioris ecclesie sancti Egidij de Nurenberch, collectoris censuum sancte Romane ecclesie, vero sigillo suo signatas, de verbo ad verbum totaliter in hec verba:

Nos Nycolaus prior ecclesie sancti Egidij in Nurenberch, collector censuum sancte Romane ecclesie debitorum, a venerabilj domino Theoderico priore sancti Andree vrbe Vetane apostolice sedis legato in Saltzpurgensi, Ratisponensi, Patauiensi, Eychstetensi, Wabenbergensi ciuitatibus et dyocesibus substitutus, tenore presencium notum facimus vniuersis, quod cum auctoritate commissionis predicte venerabilem patrem dominum Walchunum abbatem de Altenburch, Patauiensis dyocesis, ad nostram citassemus presenciam, nobis de censu, si quo Romane teneretur ecclesie, responsurum, jdem abbas sufficientem ad nos procuratorem direxit, quem cum non possemus docere per aliqua documenta, quod prefatus abbas dicte Romane ecclesie in censu aliquo teneretur, nos sibi detulimus iuramentum, qui iureiurando firmauit, prefatam ecclesiam in Altenburch in censu aliquo sancte Romane ecclesie non teneri, et vsque ad hec tempora nullum censum fore a predicta ecclesia requisitum, habens ad iurandum speciale mandatum. In cuius rei testimonium prenominate ecclesie sancti Lamberti in Altenburch presentes damus litteras sigilli nostri robore communitas. Actum et datum in ecclesia sancte Marie Scotorum apud Wiennam, venerabilj domino Wilhelmo ipsius monasterij abbate, et domino Vlrico domini episcopi cappellano presentibus, sub anno domini MCC. nonagesimo secundo, pridie Nonas Aprilis.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus adponendum. Datum Wienne anno, mense et die predictis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel (abgestreift).

LXIV.

1293, 22. März, Altenburg. — *Hertwig der Wiltperger von Lindenberg verkauft dem Stifte Altenburg eine Gülte auf Liegenschaften zu Straning.*

Cum litterarum testimonia lites exterminent pullulantes, ego Hertwicus dictus Wiltpergarius de Lindenberch et ego Agnes, vxor eiusdem notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram iuspecturis, quod nos cum consensu bono et fauore filiorum nostrorum, Heinrici et Engelberti, ac filiarum nostrarum iam adultarum Agnetis ac Sophye, omniumque heredum nostrorum beniuola voluntate, in quinque areis et vinea prope beneficium Gerungi in Strenich, et in vndecim iugeribus agrorum sub monte contra villam prehabitam situatis, sex solidorum redditus preter sex denarios, quorum quarumque proprietas ad nos omni iusticia pertinebat, venerabilj domino Walchuno abbati et conuentui ecclesie sancti Lamberti in Altenburch pro octo talentis et sexaginta denariis vendidimus, predictorum proprietatem ego Hertwicus et Heinricus filius noster manibus propriis in dicto monasterio ad altare sancti Lamberti, et ego Agnes ac Engelbertus filius noster cum Agnete et Sophya prefatis filiabus nostris, ad manus fratris Andree cappellani de Altenburch nomine sue ecclesie pleno iure nostro in castro nostro apud Lindenberch libere resignando, secundum omnem formam iusticie et consuetudinem terre, si necesse fiat, omnem defensionem de ipsa predicta proprietate faciendam dicto monasterio, fide data abbati et fratribus prelibatis, ad ea tempora, que ius denominat, fideliter promittentes, ita, si in ipsa nunc promissa defensione nostra defecerimus, quod dictam ecclesiam indempnem per omnia et in omnibus reddere teneamur. Vt autem predicte vendicionis nostre contractus perpetue firmitatis vigorem contineat et valorem, in evidens testimonium predictorum presentes litteras inde conscriptas pretaxate ecclesie sancti Lamberti et fratribus ibidem deo seruientibus contradidimus, quas quia sigillo proprio caruimus, ad clariorem memoriam veritatis procurauimus et impetrauimus virorum nobilium, dominorum Erchenberti ac Haidenrici de Gors purkcrauiorum, necnon domini Heinrici Cinkonis, qui etiam huic vendicioni nostre fauorabiliter annuit, et quorum etiam quia presentibus aderant, viuens testimonium invocamus, sigillorum suorum munimine firmiter roborari. Huius rei testes sunt vna cum predictis: dominus Stephanus de

Meissowe marsalcus Austrie, dominus Otto de Nevnburch, dominus Wolfhardus et dominus Fridericus de Durrenpach, dominus Wolfgangus de Nevndorf, dominus Vlricus dictus Gaizpach, milites, Heinricus de Wiltperch, jtem Heinricus filius suus, Heinricus Dahpek, Engelbertus de Chrug, Gotschalcus de Vronhoven, jtem Gotschalcus filius suus, Almarus de Speissendorf, Engelbertus Stainpekch, Albero et Levtwinus fratres de Vuenvelde, jtem Levtwinus de Wolfpaizzinge, Vlricus de Lindenberch, Heinricus filius suus, Vlricus Cinco de Sahsendorf, jtem Chunradus et Fridericus dicti Cinkones, Ortlinus de Neundorf, Ortolfus de Stocharn, Heinricus et Chunradus filij eiusdem, Hugo de Molt, Fridericus dictus Zohel de Shirneinsrevt, Perchtoldus frater suus, Albero de Waltkerstain et alij quam plures. Actum et datum in Altenhurch, anno domini MCC. nonagesimo tercio, in dominica palmarum.

Orig. im Stifte Altenburg, Perg. Das 2. Siegel fehlt, die beiden andern vorhanden.

LXV.

1293, 11. October, Altenburg. — *Gertrude von Plank schenkt dem Stifte Altenburg ein Lehen zu Nieder-Schleuntz, das schon ihr verstorbener Gemahl Heinrich von Plank dem Stifte aber mit Vorbehalt des Rückkaufes gegeben hatte.*

Ich Gedrut von Plenich tůn chunt allen den, di nu lembtich sint vnt her nach chumpftich sint, die den gegenwortigen prief an sehent oder hôrent lesen, daz ich mit guetlichem willen meiner chinde, meiner sun Seifrides vnt Heinrichs vnd meiner tohter Alhaiden vnt Perhten, mich ains lehens datz Nidern Sleyntze, da Chunrat vnt Vlrich ovf sitzent, daz ovf zewelf shillinge phenninge mit sampt dem weisôt ist geahte, daz ovch mein wiert her Heinrich von Plenich vor seinem tode emaln pef seinem gesuntem leip geshapht het hintz dem gotshous ze Altenburch, do er sein legerstat erwelt het, doch also, daz ich oder meinev chinde daz selhe lehen nach seinem tode oh wier wolten vuer fumfzehen phunt ledigen solten, vnt daz man vns des stat tun solt, gentzlich verzigen han, vnt an allen satz ledichleich ovf gegehen han mit allen meinen gerben vnt allen meinen nachomen dem selhen gotshous ze allem dem rehte als wier iz her praht heten in nutze vnt in gver, vnt han daz getan durch meins wirtes sel willen vnt ovch der meinen

vnt aller vnser vodern. Dar zu ovch hot iz meiu sun Seifride an vnser stat mit seiuer hande geselt vnser vroun vnt den heiligen ze hern, die da rastund sint, ovf den alter des gueten sant Lamprehts an dem tage, da der selige herre von Plenich ze der erde pestatte wart, do ouch wier des iungisten tages enpeiten wellen. Darvber dennoch lob ich daz, daz ich des selben gutes gwer vnd sherm sein wil mit sampt meinen chinden nach lants reht vnd nach aigens reht, vnt iz ovch ver antwurten wil, ob sein durf geshieht, dem vor benantem gotshousse. Vnt daz daz vůrbaz also stet sei vnt vnzebrochen, des gib ich dem selben gotshous disen prief vber dise red ze ainer rehten vrchunde versigelt mit meines wirts insigel, des vor benanten herren von Plenich, vnd mit der edelen herren jnsigel, hern Chunrats von Půchperch, hern Albers von Hohenstain vnt hern Rapots des půrkerauen von Gors, die ich dar zue gepeten han vnt die ovch en antwůrtte gewesen sint pei dieser red vnt ter ovch gezeuge sint mit andern frumen lovten, den si ovch chund ist. Daz sint die zeuge: her Vlrich der Mertz von Chotzendorf vnt sein snn Otte, her Chunrat von Rout vnt sein sun Andre, her Otte der Chrich von Vreitslarn, her Heinrich von Pach, Heinrich von Wiltperch, Alber vnt Lovtwein von Vuenvelde, Heinrich von Dahpach, Leb von Plenich, Wernhart von Obern Plenich, Gotschalich von Vronhouen, Lovtwein von Wolfpaizzinge, Liebart von Wreitslarn, vnd Herwich von Plenich, vnt auder frumer lovt genuch. Daz ist geshehen vnt ist der prief gegeben nach Christes gepurde vber tovsent iar zwai hundert iar, in dem drittem vnt nevneigistem iar, datz Altenburch an dem Suntage vor sant Cholmans tach.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 4 Siegel.

LXVI.

1293, 23. November, Wien. — *Stephan von Meissau, Marschall in Österreich, bezeugt, dass Nikolaus der Schütz („Sagittarius") von Himberg dem Stifte Altenburg die Eigenschaft eines Lehens in Zellerndorf gegeben habe, welches Lehen einige fromme Leute ihm abgekauft und dem Stifte geschenkt hatten.*

Nos Stephanus de Meissowe marscalcus Austrie notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteran inspecturis, quod cum homines quidam deuoti instinctu permoti diuino

in proprietatem ecclesie sancti Lamberti in Altenburch ob remedium animarum suarum aput Nicolaum Sagittarium de Hymperch, cum consensu bono domine Gedrudis vxoris sue et filii eius Leupoldi, et filie sue Margarete iam adulte, et socrus sue domine.....de Aichowe dicte Pomerinne, et filiorum eiusdem Ortolfi et Heinrici consobrinorum suorum, nec non omnium heredum suorum beniuola voluntate, beneficium vnum in Celderndorf situatum, quod ad ipsum iure proprietario pertinebat, et ex eo vendendi hoc ipsum cuicumque voluit liberam habuit facultatem, pro decem et septem talentis et sexaginta denariis Wiennensis monete sue pecunie comparassent, prefatus Nycolaus predictum beneficium cum omni iure suo super altare sancti Lamberti in Altenburch manu propria liberaliter resignauit, defensionem debitam predicte ecclesie promittens secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem, vna cum suis heredibus prehabitis, qui etiam aput Hymperch ad manus fratris Andree iam dicti collegii monachi nomine sue ecclesie recipientis voluntatem suam dederant, et ius omne in supradicto beneficio sibi competens resignauerant, fide data totaliter exhibere. Verum quia idem Nycolaus proprio sigillo caruit, petiuit a nobis, vt sue vendicionis contractum scripti et sigilli nostri testimonio curaremus ad sui instanciam perhennare. Nos vero precibus ipsius inclinati, tum quia bonorum votis piis hominum operam adtribuere, tum quia predicte ecclesie aduocati etiam eius debemus promocionibus non immerito insudare, super premissis quibuslibet testimonium perhibendo, precipue, ne de hiis imposterum dubium aliquod oriatur, sed vt robur obtineant perpetue firmitatis, presentes nostras litteras inde confectas supradicto monasterio in Altenburch tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. Huius rei testes sunt: dominus Vlricus plebanus de Hymperch, dominus Chalbohus de Eberstorf, dominus Adloldus et filius suus dominus Heinricus dapifer dicti de Chiowe, dominus Rapoto, dominus Erchenbertus, dominus Haidenricus, fratres purkcrauii de Gors, dominus Hadmarus de Sbonbercb, ministeriales terre, dominus Rugerus de Ryedmarch, dominus Vlricus Martius, dominus Heinricus de Pach, milites, Fridericus et Engelbertus, fratres de Wiltperch, Engelbertus de Chrug, Heinricus Dahpech, Hugo de Molt, Gotschalcus de Vronhouen, Wippoto de

Peugen, Wichardus junior ibidem, Ortolfus de Taurais, Albero, Levtwinus, fratres sui de Fuenvelde, Levtwinus de Wolfpaizzinge, Haidenricus pincerna famulus noster, Ditherus de Himperch, Eysenricus ibidem, Bruno ibidem, Sifridus Chinberger, Etich filius Pernhardi, Nicolaus frater suus ibidem, Pilgrimus de Aichowe, frater suus Vlricus, item Vlricus filius Nicolai de Loch, Chunradus de Sancta Maria, Ludwicus ibidem, Otto de Grueb, Albero Waltkerstainer et alii quam plures laici fide digni. Datum et actum Wienne, anno domini MCC. nonagesimo tercio, in die sancti Clementis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

LXVII.

1293, 13. December, Altenburg. — *Abt Walchun und der Convent von Altenburg versprechen die von Tristram, Pfarrer von Buchberg, gestiftete Gülte zu Zellerndorf seiner Anordnung gemäss zu verwenden.*

Qvoniam ea que intuitu dei fiunt pro remediis animarum magna propter obliuionem hominum indigent roboris firmitate, hinc est, quod nos Walchunus diuina miseracione abbas, Sifridus prior, totusque conuentus in Altenburch notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod cum dominus Tristrammus plebanus de Půchperch instinctu permotus diuino in proprietatem nostre ecclesie dimidij talenti redditus in Celderndorf situati apud Nicolaus Sagittarium de Hymperch sua pecunia comparasset, petiuit a nobis, quod suam donacionem secundum posicionem sui voti, que talis est: frater infirmarius bona ipsa in commisso habebit annis singulis eo viuente in vigilia sancti Bartholomei et in die fratribus ad reffectorium super statutam prebendam de eisdem pitanciam ministrabit, vt proinde in iam dicta vigilia sui et predecessorum suorum memoria celebris cum missa et vigiliis peragatur, tamen eo defuncto in anniuersario die sui obitus eo ordine sicut nunc ita et tunc statuit per omnia obseruanda, admittere curaremus, nos vero non solum affectum suum pariter et effectum pio corde procedere pensantes, immo etiam scientes, sanctam et salubrem esse cogitacionem pro defunctis fidelibus exorare, de nostri conuentus consilio libenter sue voluntatis et peticionis racionabile

desiderium admittendum indulsimus et duximus taliter confirmandum, vt si per euentum vel negligentiam totalis illa condicio prius posita per nos aut nostros successores fuerit immutata, quod ex tunc predicti redditus ad iam dictum plebanum de Pûchperch aut suos successores plebanos ibidem per manus domini de Pûchperch cuiuscumque retrahantur et libere devoluantur, tam diu, quousque illa posicio a fratribus ecclesie fuerit ab inicio iterum innouata. Vt autem predicta omnia perpetue firmitatis vigorem contineant et valorem, et tam a nobis, quam a nostris successoribus inviolabiliter obseruentur, in euidens testimonium premissorum supradicto domino Tristammo plebano in Pûchperch presentes nostras litteras tradidimus, sigillorum nostrorum tam conuentus, quam nostri munimine roboratas. Huius rei testes sunt: dominus Wolframmus de Stregen, dominus Paulus de Rorenpach, dominus Heinricus de Sancta Margareta, dominus Heinricus de Horn, sacerdotes et plebani, cappellani nostri; dominus Chunradus de Pûchperch et senior filius suus dominus ....., dominus Heinricus de Pach, Heinricus de Wiltperch, Heinricus Dahpech, Gotschalcus de Vronhouen, Alhero de Waltkerstain, Ditmarus procurator noster, Vlricus Sturnus, Sihoto de Molt, famuli nostri, et alii quam plures. Datum et actum in Altenburch, anno domini MCC. nonagesimo tercio, Lucie virginis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LXVIII.

1293, 13. December, Altenburg. — *Abt Walchun und der Convent von Altenburg versprechen die von dem Klosterdiener Ditmar von Altenburg gestiftete Gülte in Zellerndorf nach seinem Willen zu verwenden.*

Quoniam ea, que pro animarum remediis intuitu dei fiunt, magna propter obliuionem hominum indigent roboris firmitate, hinc est quod nos Walchunus diuina miseracione abbas, Sifridus prior, totusque conuentus in Altenburch notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod cum Ditmarus de Altenpurch famulus noster instinctu permotus diuino in proprietatem nostre ecclesie dimidij talenti redditus in Celderndorf situati aput Nycolaum Sagittarium de Hymperch sua pecunia comparasset, petiuit a nobis, quod suam donacionem iuxta sue voluntatis desiderium, que talis est: singulis feriis secundis

per annum fratri celebranti primam missam pro sui suorumque predecessorum pervigili memoria inibi iugiter facienda per fratrem infirmarium, qui ipsos redditus etiam in commisso habeat, ex nunc et imperpetuum predictorum nomine in duorum denariorum proventibus pitancia procuretur; de residuis vero eo viuente pro salute animarum ipsarum anniuersarius agatur feria secunda proxima post dominicam Invocauit, quem tamen se defuncto eo ordine duxit et statuit per omnia in diem anniuersarium sui obitus transferendum, admittere curaremus; nos vero non solum affectum suum pariter et effectum pio corde procedere pensantes, jmmo etiam scientes sanctam et salubrem esse cogitacionem pro defunctis fidelibus exorare, de nostri conuentus consilio libenter sue voluntatis et peticionis racionabile desiderium admittendum indulsimus et duximus taliter confirmandum, vt si per euentum vel negligenciam totalis illa condicio prius posita in errorem vel obliuionem ducta per nos aut nostros successores fuerit immutata, quod extunc predicti redditus ad iam dictum Ditmarum nostrum famulum de Altenburch, vel alios sibi consanguinitatis sev propinquitatis linea succedentes, omni occasione semota deuoluatur ac etiam libere revertatur tamdiu, quousque totalis illa posicio a fratribus ecclesie fuerit iterum ab inicio innouata. Vt autem predicta omnia perpetue firmitatis vigorem contineant et valorem, et tam a nobis quam a nostris successoribus iuviolabiliter obseruentur, jn euidens testimonium premissorum supradicto Ditmaro de Altenburch presentes nostras litteras tradidimus, sigillorum nostrorum, tam conuentus, quam nostri munimine roboratas. Huius rei testes sunt: dominus Wolframmus de Stregen, dominus Paulus de Rorenpach, dominus Heinricus de Sancta Margareta, dominus Heinricus de Horn, sacerdotes et plebani, capellani nostri; dominus Chunradus de Půchperch, dominus Heinricus de Pach, Heinricus de Wiltperch, Heinricus Dahpech, Gotschalcus de Vronhoven, Albero Waltkerstainer, Vlricus Sturnus, Chunradus de Molt, Siboto ibidem, famuli nostri, et alij quam plures. Datum et actum in Altenburch, anno domini MCC. nonagesimo tercio, jn die sancte Lucie virginis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LXIX.

1294, 12. Mai, Eggenburg. — *Hertwig der Wiltperger von Lindenberg verkauft dem Stifte Altenburg ein Lehen in Straning.*

Cvm litterarum testimonia lites exterminent pullulantes, ego Hertwicus dictus Wiltpergarius de Lindenberch notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod ego cum consensu et fauore vxoris mee domine Agnetis et filiorum meorum Heinrici et Engelberti, ac filiarum mearum iam adultarum Agnetis et Sophie, et omnium beredum meorum beniuola voluntate, beneficium vnum in Strenich situatum, in quo personaliter residebam, quod etiam me iure proprietario contingebat, venerabilj domino Walchuno abbati et conuentui ecclesie sancti Lamberti in Altenburch pro octoginta duobus talentis denariorum Wiennensium, cum iure tam proprietario vendidi quam ciuili, dictam proprietatem apud Egenburgam ad manus dominj Syfridi prioris de Altenburch nomine sue ecclesie, pleno iure meo vna cum vxore mea et liberis libere resignando, promittens eidem cum iam predictis fide data, quod secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem, si necesse fuerit, omnem defensionem dicto beneficio in Strenich exhibendam ad certa tempora prestare debeam et velim monasterio supradicto. Insuper consobrinos videlicet dominum Heinricum Cinkouem et fratrem suum Walbrunum, qui etiam huic vendicioni mee fauorabiliter annuerunt, fideiussores eidem ecclesie do et constituo et ad eadem tempora defensores, eo modo, quod vna nobiscum, mecum videlicet, cum vxore mea et pueris meis prehabitis, si memorata ecclesia repulsam in ipso beneficio perpessa fuerit, indempnem eam in omnibus reddere teneantur, quod et ipsi sub laudamento sue fidei michi et dictis fratribus in Altenburch promiserunt. Vt autem predicta omnia firmitatis perpetue vigorem contineant et valorem, in evidens testimonium premissorum presentes litteras inde confectas prenominate ecclesie sancti Lamberti in Altenburch et fratribus ibidem tradidi, quas quia sigillo proprio carui, ad clariorem memoriam veritatis procuraui et impetraui sigillorum tam dominj mei de Meissowe marschalci Austrie, quam etiam domini Heinrici Cinconis, consobrini mei predicti, munimine firmiter roborari. Huius rei testes sunt: dominus Stephanus de Meissowe supradictus, dominus Meinhardus de Stalekke,

dominus Otto de Newurburch, dominus Wolfhardus et dominus Fridericus de Durrenpach, dominus Wolfgangus de Newendorf, dominus Heinricus de Pach, dominus Vlricus dictus Gaizpach, milites; Heinricus frater meus de Wiltperch, jtem Heinricus filius suus, Heinricus Dahpech, Engelbertus de Grueb, Gotschalcus de Vronbouen, jtem Gotschalcus filius suus, Wichardus senior et Wichardus junior de Peugen, Engilbertus Stainpeche, Albero et Loutwinus fratres de Vuenvelde, jtem Levtwinus de Wolfpaizzinge, Otto de Meizleindorf, Vlricus de Lindenberch, Heinricus filius suus, Vlricus Cinco de Sahsendorf, Ortlinus de Newendorf, Ortolfus de Stocharn, Heinricus et Chunradus filii eiusdem, Hugo de Molt, Fridericus Zobel de Shirneinsrevt, Perchtoldus frater suus, Albero de Walkerstain, et alij quam plures. Datum et actum in Egenburga, anno dominj MCC. nonagesimo quarto, jn die sanctorum Pangracij et sociorum eius.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LXX.

1294, 11. Juni, Sonnberg. — *Friedrich und Heinrich, die Brüder von Ditrichsdorf, verkaufen dem Stifte Altenburg ein halbes Lehen zu Godweinsdorf.*

Cum litterarum testimonia lites exterminent pullulantes, nos Fridericus et Heinricus fratres vterini de Ditreichstorf notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis, quod nos cum consensu et fauore fratris nostri Chunradi de Holerbrvnne, specialiter quoque ego Fridericus prefatus cum bona voluntate vxoris mee Jeutte et filij mei Vlrici, et omnium heredum tam eorum, quam meorum, dimidium beneficium in Godweinstorf situatum, quod ad nos iure proprietario pertinebat, venerabilj domino Walchuno abbati in Altenburch et conuentui ibidem pro decem talentis denariorum Wiennensium vendidimus, dictam proprietatem apud Sunberch ad manus fratris Andree de Altenburch nomine sue ecclesie pleno nostro iure libere resignantes, fide data eidem promittendo, quod secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem, si necesse fuerit, omnem defensionem dicto beneficio in Godweinstorf exhibendam prestare debeamus et velimus monasterio supradicto, ipsumque in-

dempnem in omnibus vna cum heredibus nostris prehabitis, si repulsam in posterum in eo perpessa fuerit, reddere vt tenemur. Ne autem de hoc facto alicui dubium generetur, set vt inconuertibiliter ratum permaneat atque firmum, in evidens testimonium premissorum supradictis abbati et conuentui in Altenburch et ecclesie ibidem presentes inde conscriptas tradidimus litteras, quas sigilli domini Hadmari senioris de Sunberch, quia sigillis propriis caruimus, procurauimus et impetrauimus munimine firmiter roborari. Huius rei testes sunt: dominus Hadmarus predictus et filij sui dominus Hadmarus et dominus Albero, dominus Wernherus de Sunberch, dominus Leupoldus de Ebental, dominus Heinricus de Pach, milites; Ditmarus Holtzsuch de Dittreichstorf, Dittricus de Regelstorf, Wichardus de Sunberch, jtem Heinricus Smechc et Fridericus frater suus ibidem, Danquardus de Pruerdorf, Heinricus de Wiltperch, Heinricus filius suus, Heinricus Dachpek, Gotschalcus de Vronhouen, Gotscalcus filius suus, Engelbertus de Grueb, Hugo de Molt, Wichardus senior de Peugen, jtem Wichardus junior ibidem, Engelbertus Stainpechc, Albero Waltkerstainer, Vlricus Sturnus, et alij quam plures. Actum et datum in Sunberch, anno domini MCC. nonagesimo quarto, jn die sancti Barnabe apostoli.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

LXXI.

1294, 16. Juni, Drosendorf. — *Stephan von Meissau, Marschall in Österreich, und Wulfing von Schleuntz genannt von Suenberg, beurkunden die Beilegung des Streites zwischen dem Stifte Altenburg und der Hedwig von Reut, Schwester des Reinhard von Kattau, betreffs einer Besitzung in Fuglau.*

Cum litterarum testimonia lites exterminent pullulantes, nos Stephanus de Meissowe marschalcus Austrie, et Wulfingus de Slevntz dictus de Sunberch, presentibus protestamur et constare volumus vniuersis, quod Hedwigis de Reut, soror Renwardi de Chodaun, postquam actionem mouerat aduersus ecclesiam sancti Lamberti in Altenburch et abbatem et conuentum ibidem, super quadam proprietate sua in Fukla sita, quam Renwardum fratrem suum predictum preter consensum suum prefatis fratribus in Altenburch dixerat vendidisse, acceptis duobus talentis a domino Walchuno abbate dicti monasterij totali querimonie sue et liti,

quam excitauerat, cum consensu filij sui Waltheri et filiarum suarum Margarete et Elisabeth iam adultarum, nec non Hugonis de Lidbnitze generis sui, et omnium heredum suorum bona voluntate, spontanee cedebat, omni iuri in ipsis bonis apud Fukla sitis sibi et predictis heredibus competenti renuncians, et ad manus dicti abbatis et sui conuentus libere resignans, promisit eisdem et etiam nobis, vna cum suis heredibus iam prehabitis, fide data, quod secundum omnem formam iusticie et terre consuetudinem, si necesse fuerit, omnem defensionem dictis proprietatibus exhibendam prestare velit et debeat de cetero dicto monasterio, et ipsum indempnem vna cum Renwardo fratre suo prefato et heredibus suis prehabitis, si repulsam inposterum in hiis receperit, reddere se in omnibus obligauit. Ne autem de hoc facto alicui dubium generetur, in euidens testimonium premissorum ad peticionem predictorum Hedwigis de Reut et Hugonis de Lidbnitze et heredum ipsorum, quia sigillis propriis caruerunt, presentes litteras inde conscriptas sigillorum nostrorum robore communitas, prenominate ecclesie in Altenburch tradidimus, et eidem etiam personaliter testimonium prehibemus, cum aliis testibus subnotatis, qui sunt: dominus Heinricus de Durrenpach, dominus Otto de Newenburch, dominus Vlricus de Velebrvnne, dominus Wolfhardus de Durrenpach, dominus Heinricus de Pach, milites; Heinricus de Wiltperch, Heinricus filius suus, Heinricus Dachpekke, Gotscalcus de Vronhouen, Gotscalcus filius suus, Hugo de Molt, Fridericus et Perchtoldus fratres dicti Zobel, Vlricus de Lindeuuelde, Magenso de Shirneinsreut, Ditricus de Lehnitz, Almarus de Speissendorf, Fridericus de Elbenstain, Albero Walkerstainer, Leo de Drozendorf, Wulfingus ibidem, et alii quam plures. Actum et datum in Drozendorf, anno domini MCC. nonagesimo quarto, XVI. Kalend. Julij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Sieget.

LXXII.

1295, 13. März, Eggendorf. — *Friedrich der Fuchs von Steteldorf verkauft dem Stifte Altenburg ein Lehen zu Gauderndorf.*

Ich Friderich der Vuchs von Stetelndorf vnd ich Dyemut sein housvrowe, wiêr tun chund allen den, die nu lembtich

sint vnd hernach chunftich sint, di den gegenburtigen prief ansehent oder lesent, daz wier mit vnser chinde gunst vnd aller vnser gerhen gutem willen haben verchouffet an lehen ze Gauderndorf, daz von choufreht vns aigenleich an gehort, dem gotshous hintz Altenburch mit alle dem reht, als wiêr iz heten en gver vnd en gvalt, vmb dreutzehen phunt, vnd loben an disem prief, daz wier desselben lehens daz vor bnant ist, gwer vnd ovch sherm sein wellen als lants vnd aigens reht ist, einz vnd dreizzich iar vnd ain tach, vnd wellen êz ovch verantwûrtlen svo sin durft geshiht, vnd haben des vnser trew gegeben dem abte vnd seiner sampnunge von Altenburch. Vnd daz vûrbaz daz gantz vnd stêt sêi vnd immer vnzbrochen, des geb wier vber disen chouf den gegebûrtigen prief ze rehter vrchunde dem vorbnanten gotshous ze Altenburch, wand wier selbe aigens insigels niht enbeten, verinsigelt mit der edeln herren insigel hern Hougeins vnd hern Reimprehts der zwair Tûrsen von Lyhtenvels, di da pêi gvesen sint, vnd der red gezevg sint mit andern vrumen levtten, di da pêi warn vnd sin mit sampt in gezevg sint. Daz sint die gezevg: Perhtolt der Sam von Stetelndorf, Hartlieb der Oehsel vnd Gotfrit vnd sein pruder Jacob von Ekchendorf, Vlreich der Hedreinstorfer vnd sein sun Vlreich Hainreich der Svtzzc, Vlreich von Ebental, Rucdinch von Essenprukke, Hainreich von Wiltperch, Engelpreht von Chrug, Gotsbalich von Vronhoven, Hainreich der Dahpech, Vlreich sein pruder, Engelpreht der Stainpekche, Alber vnd Leutwein sein pruder von Vuenvelde, Leutwein von Wolfpaizzinge, Alber der Waltkerstainer, Wulfinch von Harrazze, Vlreich der Star, Marquart der Jeger von Wuldeinstorf, der ouch sherm vnd gver des selben lehens mit sampt vns ist, vnd daz ouch globt hot, er vnd sein housvrowe var Elspet mit sampt iêr chinden, vnt habent des iêr trew gegeben, vns vnd ouch den vorbnanten herren von Altenburch, daz si mit sampt vns ez verantwurtten vor allem reht. Dar zûe ander vrume leutte gnueg, di sin ouch zevg sint. Daz ist geshehen vnd ist der prief gegeben nach Christes gepûrd vher tousent iar, zvai hundert iar, in dem fumf vnd nevncigistem iar, datz Ekchendorf ze der Mitvasten an dem Sûntag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

LXXIII.

1295, 13. März. Eggendorf. — *Friedrich der Fuchs von Steteldorf schenkt dem Stifte Altenburg sein Lehen zu Steteldorf und empfängt es wieder vom Stifte als Burgrecht.*

Ich Friderich der Vuchs, vnd ich Dyemut sein hous-vrowe von Stetelndorf tuên chunt allen den, die nu lembtich sint vnd hernach chumftich sint, di den gegenburtigen prief ansehent oder lesent, daz wîer mit vnser chinde gunst vnt aller vnser gerben gutem willen haben gemahte vnser lehen ze Stetelndorf, da wier ouf sitzen, vnd des selben lehens aigenshaft, di wiêr ouch chouften datz Hougen von Pergowe, vnserm vreunt, di in aigenleich angehort, vnt da von er vreîleich iz gegeben maht svem er wolt, dem gotshous ze Altenburch durch got vnd vnser vnd ouch aller vnser vodern sel willen mit Hougeins hant, der vor buant ist von Pergowe, mit alle dem rehte, als er iz gehabt hot in gwer und in gwalt, vnd loben ovch an disem prief, daz wier mit sampt Hougen wellen des selben lehens sherm vnd gver sein, als lants vnd aigens reht ist, ainz vnd dreizzich iar vnd ain tach, vnd wellen iz ouch verantwurtten, svo sin durft geshiht, vnd haben des vnser trew gegeben dem abte vnd seiner sampnungo von Altenburch, vnd haben ouch daz selbe lehen enphangen her wider von dem vorbnanten gotsbovs ze rehtem purchreht, vns vnd vnsern chinden, ze fumfzehen phenninge dinsts aller iêrchleich an sant Michels tach, vnd ze anlait fumfzehen vnd ze ablait fumfzehen pheuninge, svenne manz verchoufte. Dennoch darvber setz wier demselben gotshous zo Altenburch ovf demselben leben vnser purchrebt ze rehter ebentevr vur zvâi vnd dreizzich phunt vmb daz aigen von Ekkenstain, daz si emaln von vns geehouft heten, vnd wier der selben pheuninge des selben aigens, di si vns gaben, an daz selbe leben, daz wîer in nu bin wider setzzen, leiten paide an aigensapht vnd an purchreht. Daz selbe purchreht setz wier oveh also, ab in an dem vorbnanten aigen ze Ekkenstain iht abgienge, das si der abte vnd sein sampnunge von Altenburch haben ovf vnserm purchreht ze Stetelndorf zwai vnd dreizzieh phunt, als êe gesprochen ist. Vnd daz vurbaz daz gantz vnd stêt sel vnd vnzbrochen, des geb wier vber dis red disen prief dem vorbnanten gotsbovs ze Altenburch ze rehter vrchunde, wand wier selbe aigens insigels niht

enheten, verinsigelt mit der edeln herren insigel, hern Hougens vnd hern Reimperehts, der zwair Tůrsen von Lyhtenuels, di dapef gvesen sint vnd der red gezevg sint, mit andern vrumen leutten, di dapef warn vnd sin mitsampt in gezevg sint. Daz sint die gezevg: Perhtolt der Sam von Stetelndorf, Hartlieb der Oehsel, vnd Gotfrid vnd sein pruder, Jacob von Ekehendorf, Vlreich der Hedreinstorfer, Vlreich sein svn, Heinreich der Sůtzze, Vlreich von Ebental, Růedineh von Essenprukke, Hainreich von Wiltpereh, Engelpereht von Chrueg, Gotshalich von Vronhoven, Gotshalich sein sun, Hainreich der Dahpekehe, Vlreich sein pruder, Engelbreht der Stainpekehe, Alber vnd Levtwein von Vuenvelde, Levtwein von Wolfpaizzinge, Alher der Waltkerstainer, Vlreich der Star, Wulfinch von Harrazze, vnd ander vrumer levtte gnueg. Daz ist geshehen vnd ist der prief gegeben nach Christes gepůrd vber tousent iar, zwaihundert iar, in dem fumf vnd nevneigistem iar, datz Ekehendorf, ze der Mitvasten, an dem Sůntag.

Original im Stifte Altenburg. Pergament. 2 Siegel.

LXXIV.

1295, 13. März, Eggendorf. — *Hugo von Pergau schenkt dem Stifte Altenburg ein Lehen zu Steteldorf.*

Ich Hoveh von Pergowe tuen chunt allen den, die nu lembtich sint vnd hernach chumftich sint, die den gegenburtigen prive ansehent oder lesent, daz ich ze Stetelndorf mein lehen, da Fridreich der Vuhs ovf sitzzet, daz mich aigenleich angehort vnd davon ichz vreileich gegeben maht, svem ich wolt, han gegeben dem gotshovs hintz Altenbureh mit alle dem reht, als ich iz gehabt han in gwer vnd in gwalt, vnd han mich vereigen der selben aigenschaft des selben lehens, vnd han die geselt ovf sant Lamprehts alter, vnd gegeben ehichleich ze haben mit meiner hant, vud lob an disem prive, daz ich wil des selben vorbnanten lehens sherm vnd gewer sein, als lands vnd aigens reht ist, ainz vnd dreizzich iar vnd ainen tach, vnd wilz oveh verantwurtten, svo sin durft geshiht, vnd han des mein trewe gegeben abte Walehunne vnd seiner sampnumge. Vnd daz vůrbaz daz gantz vnd stet sei vnd vntzebroehen,

des gih ich vher dis rede disen prive dem vorhnantem gotshovs ze Altenburch ze rehter vrehunde versigelt mit meinem jnsigel. Des sint gezevge: her Stepphan von Meissowe, der marshalich in Oesterich, her Hadmar von Hornsperch vnd sein pryder der Hadmar von Rassenloch di Sunherger, her Rapot, her Erehenpreht vnd her Haidenreich di půrkeraven von Gors, her Hovehe vnd her Reimpereht di Tůrsen von Lihtenvelse, Perhtolt der Sam von Stetelndorf, Hartlih der Oehsel vnd Gotfrid sein pryder, Jacoh von Ekehendorf, Vlreich der Hedreinstorfer vnd Vlreich sein sun, Hainreich der Sutzze, Vlreich von Ebentalle, Ruedinch von Essenprvkke, Hainreich von Wiltperch, Engelhreht von Grueh, Gotschalich von Vronhoven, Gotschalich sein sun, Hainreich der Dahpekehe, Vlreich sein pryder, Engelpercht der Stainpekehe, Fridereich der Hinderburger, Weichart vnd Otte von Grneh, Alber vnd Levtwein von Vuenvelde, Levtwein von Wolfpaizzinge, Alber der Waltkerstainer, Vlreich der Star, Wulfinch von Harrazze, vnd ander vrumer levtte gnueg. Daz ist gesbehen vnd ist der prive gegeben nach Christes gepůrd vher tovsent iar, zwai hundert iar, in dem fumf vnd nevneigistem iar, datz Echendorf, ze der Mitvasten an dem Sůntag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

LXXV.

1295, 1. Juni, Wien. — *Albert I., Herzog von Österreich, erlaubt seinem Caplan Konrad, Dechant in Schleintz, die Besitzungen dieser Kirche zur Aufbesserung derselben als Burgrecht vergeben zu dürfen.*

Albertus dei gratia dux Austrie et Stiric, dominus Carniole, Marchie ac Portus Naonis, honesto viro Chunrado decano in Slevntz capellano suo, gratiam suam et omne bonum. Cupientes condicionem ecclesie vestre Slevntz commutari in melius, de certa scieneia quatenus nostra interest, tenore presencium vobis concedimus potestatem, vt dotes sev possessiones ipsius ecclesie loeetis suh titulo iuris ciuilis, quod wlgo purchrecht dicitur, locacione perpetua, quia gratum et ratum habebimus et habemus, quicquid per vos rite et racionahiliter gestum fuerit, in hac parte, dantes has

litteras in testimonium et robur perpetuum super eo. Datum Wienne, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, quinto Kalend. Junij.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel (abgestreift).

LXXVI.

1296, Ossenbach. — *Friedrich und Gerung die Brüder, genannt von Walpurg, verkaufen dem Albert, genannt Avunculus, zwei Lehen in Wartberg.*

Quia gestarum rerum memoria processu temporis multociens evanescit, quapropter discretarum personarum prouidencia ipsam consuevit litterarum testimonio perhennare. Hinc est, quod nos Fridericus et Gerungus fratres dicti de Walpurch notum esse uolumus tenore presencium vniuersis tam presentibus quam futuris, quod duo feoda sita in Warpereb Alberto dicto Auunculo suisque beredibus ac pueris fratris sui Vlricj absolute uendimus pro ipsorum denariis perpetuo possidenda jure proprietatis, et quibuscumque dare voluerint siue gratis uel eciam ad emendum, quos eciam in eisdem defendere ac ratificare nos presentibus obligamus, quod si predicti dampnum in bijs aliquod receperint, in bonis nostris in Chunrats de nostra bona uoluntate sibi recompensacionem recipient et restaurum. Actum et datum anno dominj MCCLXXXXVI, jn Ossenbach in domo dominj plebani. Huius rej testes sunt: dominus Albertus, dominus Vlricus, dominus Werenhardus, fratres de Swarzenauwe, dominus Hadmarus, Wichardus, Albertus de Ottenstain, dominus Fridericus plebanus, Hertwicus dictus Tuechel plebanus de Vitis, Vlricus dictus Oshse et alij quam plures. Et ne predictis super bijs dubium uel dampnum aliquod inposterum oriatur, presentes litteras eis dedimus in vigorem ueri testimonij nostri sigilli munimine roboratas.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Die beiden ersten Siegel vorhanden, die beiden letzten fehlen.

LXXVII.

1297, Rom. — *Ablassbrief für das Stift Altenburg.*

Vniuersis sancte matris ecclesie filijs, ad quos presentes litterc pervenerint, nos dei gratia frater Basilius Jerosolimitanus, Sabbas Militensis, frater Jacobus Milopotonensis, Georgius Sardenensis, Ildebrandus Aretinus, frater Jacobus

Calcedonie, Stephanus Opidensis et frater Romanus Crohensis ..... episcopus salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius muncre uenit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et uota bene seruientibus multo maiora tribuat, quam ualeant promereri, desiderantes tamen domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgencijs videlicet et remissionibus, inuitamus, vt exinde diuine gracie reddantur apciores. Cum igitur ut monasterium sancti Lamberti de Altenburch ordinis sancti Benedicti Patauiensis dyocesis congruis honoribus frequentetur, et a Christi fidelibus iugiter ueneretur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad ipsum monasterium singulis diebus dominicis et festiuis causa deuocionis et in spiritu humilitatis accesserint, aut manus adiutrices porrexerint, aut in extremis laborantes aliquid de bonis suis dicto monasterio legauerint seu donauerint, jnsuper quocienscumque et quandocumque religiosus vir ... abbas monasterij supradicti missam sollempniter celebrauerit, seu uerbum domini predicauerit, eis qui premissis interfuerint, similiter dum rectores parrochialis ecclesie, que est annexa monasterio prelibato, seu eorum vicarij infirmos cum corpore Christi uisitauerint, qui eos comitati fuerint, oraciones suas ibidem dicendo, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum atque omnium sanctorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitencijs, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Rome, anno domini MCC. nonagesimo VII., pontificatus domini Bonifacij pape octaui anno tercio.

Frater Basilius Jerosolimitanus archiepiscopus. L. S.
Sabbas Militensis. L. S.
Frater Jacobus Millopotonensis. L. S.
Georgius Sardenensis. L. S.
Ildebrandus Aretinus. L. S.
Frater Jacobus Calcedonie. L. S.
Stephanus Opidensis. L. S.
Et frater Romanus Crohensis. L. S.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 8 Siegel.

LXXVIII.

1297, 7. November, Korneuburg. — *Wigand und Guntold die Reintaler von Ladendorf vergleichen sich mit dem Stifte Altenburg über ihre Ansprüche auf einen vom Stifte vor vier Jahren gekauften Hof bei der Kirche zu Mold.*

Ich Weigand vnd ich Gundolt der Reintaler von Ladendorf tûn chund allen den, die nu lembtich sint vnd hernach chumftich sint, die den gegenburtigen prief ansehent oder lesent, vmb den hove pei der chirchen ze Molt, den emaln vor vier iarn Vlreich vnd Regenbart vnser gesweien von Harrazze verchouft heten vmb sehs vnd zwaintzige phunt phennige dem gotshous hintz Altenburch, vnd des selben boves nach lands reht vnd nach aigens reht sherm mit in selhen, vnd mit ier purgel zwain, mit Hainreichen irm pruder vnd mit Starhanden irm gesweien von Harrazze heten getan, also daz si vier di vorpnant sint, Vlreich vnd Regebart, Hainreich vnd Starhand, verantwürten solten daz selbe aigen, vnd sin ouch gewern vnd sherm wern, swo sin durft geshehe vor allem rehtte, ainz vnd dreizzich iar vnd ainen tach, als reht wer, vnd punten sich darzve, swaz an ir ainem abgienge, daz dazselbe gotshous hiet den selben shaden gentzlich ovf dem andern; vmb den selben hove vnd vnser anspraeh vnd vmb alle vnser reht des selben hoves habe wier vns minchleich vnd gutleich her nach verslihtet mit dem abte vnd mit seiner sampnunge von Altenburch, also mit solcher schaidenhait, daz wier ich Weigand mit meiner chinde guntste, Vlreichs vnd Ortliebs, meiner sun, Margareten, Alhaiden vnd Annen meiner tohter, ich Gundolt mit meiner housvrowen vron Euen vnd ouch mit meiner chinde, Stephans vnd Nielas meiner sun, vnd aller vnser gerben gutem willen, vns der anspraeh vercigen haben vnd ouch des hoves gentzliehe mit allem vnserm rehte, vnd des selhen chouffe gestatten, darvmb daz vns der abte geit suben phunt phenninge vns vnd vnsern chinden, vnd Vlreichen dem Wildekker ain halbez ze leikehouf, vnd ouch daz vnser gesweien von Harrazze pegeben wer den shadens vnd ansprach vmb vnser ebenunge von dem selben gotshovs. Vnd darvmb daz daz geshehen ist, lob wier, daz wier ovch des vorbnanten hoves sherm vnd gewern sein nach lands reht vnd nach aigens reht, mitsampt vnsern gesweien von Harrazze vnd mit ir purgeln, vnd haben des zûe vns ouch zwen purgel gesatzz,

hern Ebran von Ernstprunne vnd ouch Vlreichen den Wildekker dem selben gotshovs, datz den daz selbe gotshovs zusampt vns haben sol, swaz im an dem aigen abge. Des hab ouch wier vier zusampt vnsern gesweien vnd zuê ier purgeln vnser glub getan vnd vnser trewe gegeben pruder Andren dem prior von Altenburch, mit dem di ebenunge geshehen ist an seins gotshovs stat, daz wier ohte, di nu vnd vorpnant sint, daz selbe aigen verantwûrten wellen vnd ouch sherm, swo sin durft geshibt, vor allem rehte ainz vnd dreizzich iar vnd ainen tach, als reht ist, vnd pinten vns darzuê an disem prief, swaz an vnser ainem abge, daz der abte vnd sein sampnunge vnd ier gotshous hab daz selbe gentzlich ovf den andern, denselben shaden vûrbaz welle wier in ablegen, wier ohte, oder swelich vnder vns denne leben. Vnd daz daz vurbaz immer stet sej vnd vnzebrochen, des geb wier den vorbnanten herren, dem abte vnd seiner sampnunge, vnd ier gotshovs hintz Altenhurch disen prief vber disen chouf vnd vber vnser ebenunge vnd vber allez daz glub, daz vor geshriben ist ze rehter vrchunde, versigelt want wier aigens jnsigels niht enhaben, mit hern Haidenreichs des pûrkcrauen von Gors, mit hern Hermans vnd mit seins pruder hern Hermans vnd mit seins pruder hern Ditreichs von Ladendorf, der dreier edeln herren jnsigel, di sin ouch gezeuge sint, vnd ouch mit hern Ebrans insigel, der vorbnant ist, vnd sin purgel vnd gezeuch ist, mit andern vrumen louten, di dapei gewesen sint, vnd sin ouch gezeug sint. Daz sint die gezeuge: her Stephan von Meissowe der marshalich von Oesterich, her Otte der Chricch von Vreitzlarn, Vlreich der Wildekker, Fridreich von Seuelde, Alber vnd Stepphan von Zwingendorf, Regenbart vnd sein sun Ruger vnd Gotfrid von Harraze, Hauche von Ladendorf, Chunrat der Ebenêr von Ernstprvnne, Hainreich der Wiltperger, Gotshalich von Vronhouen, Engelpreht von Grueb, Hainreich der Dahpek, Houche von Molt, Otte der Weidner, Steppban der Polster, Ortolf von Praitenaich, Herbort der Durrenpeke, Otte vnd Ortolf die Mertzen von Chotzendorf, Friderich der Zobel vnd Perhtolt sein pruder, Liebart von Wintpozzinge, Alber der Waltkerstainer, Vlreich der Star vnd ander vrumer lout genuch. Daz ist geshehen vnd ist der prief gegeben datz Neun-

burch datz dem landetaidinge, vber tousent iar zwai hundert iar, in dem suben vnd nvncigistem iar, des Phintztages var sant Mertains tach.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 4 Siegel.

LXXIX.

1297, 11. November, Altenburg. — *Margarethe von Schiltern verkauft Gülten zu Godweinsdorf und Grafenberg dem Stifte Altenburg.*

Ich Margret von Shiltarn tun chunt allen den, die nu lemhtich sint vnd hernach chumftich sint, die den gegenhurtigen prive ansehent oder lesent, daz ich han meins aigens, swaz ich het ze Gotweinstorf, iz gestift sei oder niht, cehen shillinge gelts, vnd ovch ze Grevenperge ovf eim halhen lehen, da Vlreich ouf sitzzet in dem Winchel, ein phunt gelts verchovffet dem gotshovs ze Altenburch vmbe ains mi. dreizzich phunt phennige, mit alle dem rehte als ich iz gehabt han in gwer vnd in gwalt, vnd han daz getan mit meiner chinde hant, mit meins suns Weicharts, vnd mit meiner paider tohter Margreten vnd ovch Osannen, vnd aller meiner gerhen gutem willen, vnd han mich vercigen des selhen aigens ze Altenburch ovf des guten sant Lamperhts alter chichleich ich vnd meinev chinde, di vorbnant sint, vnd lohen an disem prive, daz wier wellen des selhen aigens, daz gelegen ist ze Gotweinstorf vnd ovch ze Grevenperge, daz êe bnant ist, sherm vnt gewern sein, als lands vnd aigens reht ist, ainz vnd dreizzich iar vnd ain tach, vnd wellenz ovch verantwurtten swo sin durft geshiht, vnd hahen des vnser trewe gegehen hern Seifriden dem erhern abte von Altenburch vnd seiner sampnunge, ich vnd meinev chinde, vnd ovch Almar mein aidem von Speissendorf, der daz selhe gloht hot, swaz vor geshrihen stet, mitsampt vns. Vnd daz daz vurbaz gantz vnd stêt sei vnd vnzbrochen, des geb wier, ich vnd meinev chinde vnd mein erhen die nu bnant sint, vher dis red disen prive, dem vorbnanten gotshovs ze Altenburch ze rehten vrchunde, wand wier selhe aigens jnsigels niht enheten, versigelt mit des edeln herren jnsigel hern Stepphans von Meyssowe des marshalichs in Osterrich, den wier darvmhe gepeten hahen vnd der der red gezevch ist, mit andern vrumen levten, di dapêi gewesen sint vnd ovch des chovffs gezeug sint mitsampt im. Daz sint die gezeug: her Iladmar von Hornsperch vnd sein

Siegler: er selbst, und der ehrbare Knecht Georg der Stettner, Kämmerer des gnädigen Herrn Otto von Meissaw, obersten Marschalls und obersten Schenks in Österreich.

Datum: ze Horn, 1410, an sand Pauls obent.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

CCCLII.

1411, 6. September. — Philipp Mustrer von Pûrkstal, Thomas der Frisch von Strênikch und Georg Gûnther daselbst (und ihre Erben) geben abzulösen und verkaufen ihrem Schwager (sweher) Thomas dem Jesniczer ihr Erbtheil, einen halben Weingarten zu Strênikch, mit einem jährlichen Dienst von 12 Pfenningen an das Stift Altenbûrk, um 6 Pfund Wiener Pfenninge.

Siegler: Abt Johann von Altenbûrk für sie, welche kein eigenes Siegel haben.

Datum: 1411, des nachsten Suntags nach sand Giligen tag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

CCCLIII.

1413, 7. Juli, Wien. — *Michael von Azmansdorf, Commissär des Andreas von Grillenberg, Domherrn von Passau, spricht in dem Streite zwischen Reinprecht von Walse, als Herrn von Asparn, und dem Stifte Altenburg, betreffs der von weiland Hadmar von Sunnberg an das Kloster gemachten Stiftung, das Urtheil zu Gunsten des ersteren.*

MICHAEL DE AZMANSDORF licentiatus in decretis, commissarius venerabilis viri domini Andree de Grillenperg, canonici ecclesie et officialis curie Patauiensis, vniuersis et singulis, ad quos presentes nostre litere peruenerint, salutem in domino et subscriptis fidem credulam adbibere. Dudum alias videlicet anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo, secunda mensis

Januarij, ad instantiam nobilis uiri domini Reinperti baronis baronie de Walse et domini dominij in Asparn Patauiensis diocesis, religiosus vir dominus Joannes abbas monasterij sancti Lamberti ordinis S. Benedicti in Altenburg dicte Patauiensis diocesis totusque conuentus monasterij antedicti per literas prefati venerabilis uiri domini Andreae de Grillenperg officialis legitime citati ad iudicium, querelis prenominati nobilis uiri domini Reinperti de Walse in iudicio responsuri. Quibus in termino comparentibus honorabilis uir magister Mathias de Walse procurator et procuratorio nomine dicti dominj Reinperti, de cuius mandato legitime constabat circa acta cause presentis, querelam contra ipsos uerbo proposuit, qua proposita adstatim dominus Joannes Zwetler professus et syndicus ae syndicario nomine dicti monasterij, de cuius mandato etiam apud acta legitime constabat, prefatum dominum Andream officialem tanquam sibi ac suo monasterio suspectum recusauit, etiam recusationis causam assignans ibidem. Quapropter dictus dominus Andreas officialis considerans, quam graue sit partibus coram suspecto iudice litigare, nolens prefatis abbati et conuentui dare materiam appellandi, dictam causam nobis commisit sine debito terminandam. Nos igitur de mandato sepedicti domini Andreae de Grillenperg, officialis curie Patauiensis, huiusmodi onus assumentes dictas partes ad certum terminum conuocauimus, quo adueniente dictus magister Mathias procurator procuratorio nomine prefati nobilis uiri domini Reinperti de Walse in antedicta causa coram nobis obtulit libellum per omnia in hec uerba.

Coram vobis venerabili uiro domino Michaeli de Azmansdorf, licentiato in decretis, commissario a venerabili viro domino Andrea de Grillenperg, officiali curie Patauiensis, partibus et in causa infrascripta specialiter deputato, procurator et procuratorio nomine nobilis uiri Reinperti, baronis baronie de Walse in Austria et domini dominij in Asparn, patroni ecclesie parochialis sancti Pangratij in Asparn Patauiensis diocesis, contra et aduersus religiosos uiros dominos abbatem et conuentum monasterij in Altenburg ordinis S. Benedicti Patauiensis diocesis et contra quamlibet aliam personam pro ipsis in iudicio legitime interuenientem nomine sui et dicte ecclesie proponit et dicit cum querela, quod licet olim dominus Hadmarus felicis recordationis de Sunnperg,

dominus et antecessor dicti domini Reinperti dominij in Asparn et pro tunc patronus dicte ecclesie in Asparn, debita iuris adhibita solemnitate fructus redditus et prouentus infrascriptos ad dictam ecclesiam pro tunc spectantes ab ipsa et ad prefatum monasterium in Altenburg transtulerit et transferri permiserit. Primo videlicet maiorem decimam in Asparn, maiorem decimam in Amays maiorem decimam in Aygen, maiorem decimam in Zwentendorf et maiorem decimam in Wenzesdorf, nec non decimam uinorum in nunc Khueberg Koizperg (sic), decimam uinorum in Amays in monte uocato Dornleutten, decimam uini in Aygen, cum toto iure montano et omnia jura in denarijs ad dictam ecclesiam spectantia atque nouem libras denariorum et triginta denarios annui census, sitas in uillis Granensulz et Chotesprun, et sex libras denariorum annui census sitas in Hedersdorf, in Durenbruck et in Alatstain. Licetque domini Seifridus abbas, Erbardus prior, totus conuentus dicti monasterij sancti Lamperti in Altenburg pro tunc existentes, pro se et suis successoribus perpetuo se obligauerint, propter premissa ad peragendum anniuersarium dicti domini Hadmari cum quinque libris denariorum omni anno proxima feria secunda post festum sancti Colomanni et ad faciendam memoriam anime sue et ad accendendum unum perpetuum lumen in capella dicti domini Hadmari in prefato monasterio sita et per eum fundata, nec non ad celebrandum perpetuo omni die tres missas in capella antedicta, atque ad perpetuo nutriendum tredecim infirmos in hospitali per dictum dominum Hadmarum in prefato monasterio in Altenburg cum certis ferculis cottidie ipsis tradendis ac vestimentis et lectisternijs ac reformationibus eorundem certis temporibus ipsis dandis et fiendis fundato, tali tamen conditione adiecta, quod si prefati domini abbas et conuentus pro tempore existentes premissa omnia et singula totaliter non adimpleuerint, extunc predicti fructus, redditus et prouentus omnes et singuli ad monasterium sanctimonialium S. Bernhardi Cisterciensis ordinis Patauiensis diocesis, ac abbatisse et conuentui eiusdem cum omnibus et singulis oneribus prenominatis per ipsas abbatissam et conuentum perpetuo, ut superius est expressum, peragendi et sufferendi. Que si premissa propter fructuum paucitatem aut onerum multitudinem siue aliam quamcunque causam assumere recusarent, extunc ipso facto omnes et singuli fructus et redditus et prouentus supradicti qualitercunque

nominati ad dictam ecclesiam sancti Pangratij in Asparn reuerti, deuolui et pertinere deberent omni uia, jure et modo, quibus prius ad ipsam pertinebant, prout hec omnia et singula in litteris desuper confectis, ad quas se dictus procurator remittit, plenius continentur. Licetque prefati domini abbas et conuentus dicti monasterij in Altenburg non omnia et singula premissa iam pluribus annis, prout superius est expressum, non adimpleuerint nec die hodierna curent adimplere, predictique fructus, redditus et prouentus cum suis expressis oneribus ad prefatum monasterium sancti Bernhardi ex hoc dudum deuoluti fuissent, dictaque abbatissa et conuentus dicti monasterij sancti Bernhardi pro tunc existentes nominc domini et dominij in Asparn, quatenus predictos fructus, redditus et prouentus una cum prenominatis suis oneribus, sicut premittitur, deuolutos ad ipsas assumere et peragere, ac adimplere uellent, requisiti fuerint, ipsique certis ex causis mouentibus premissa assumere recusauerint, idcoque omnes et singuli fructus, redditus et prouentus predicti ad prefatam ecclesiam sancti Pangratij in Asparn omni uia iure et modo, quibus prius ad ipsam pertinebant, dudum fuerint deuoluti, prefatique domini abbas et conuentus dicti monasterij et presertim moderni pro parte dicti domini Reinperti et nomine ipsius ecclesie in Asparn, quatenus omnes et singulos fructus, redditus et prouentus supradictos, sicut premittitur, ad dictam ecclesiam deuolutos, ipsi ecclesie sancti Pangratij in Asparn demittere ac tradere et assignare curarent ac ab alijs tradi et assignari permitterent, sint saepius charitatiue requisiti, jpsi tamen nescitur quo maligno spiritu seducti, qualibet uice contradixerunt et contradicunt die hodierna in non modicum dicti domini Reinperti domini ac patroni supradicti et presertim ipsius ecclesie in Asparn preiudicium, damnum et grauamen, ac ipsorum propriarum animarum periculum et scandalum plurimorum. Quare prefatus procurator petit nomine quo supra per vos, dominum Michaelem et judicem uenerandum pronuntiarj, decernj et declararj, omnes et singulos fructus, redditus et prouentus supradictos ad prefatam ecclesiam sancti Pangratij in Asparn pertinuisse, ipsosque per prefatum dominum Hadmarum de Sunnberg ad dictum monasterium sicut prefertur donatos fuisse, predictosque dominos, abbatem et conuentum ad omnia et singula onera premissa pro se et suis successoribus perpetuo peragenda et facienda se obligasse, eosque non

omnia et singula sicut premittitur pluribus annis peregisse, nec peragere die hodierna, ideoque omnes et singulos fructus, redditus et prouentus supradictos ad dictum monasterium sanctimonialium sancti Bernhardi sub dictis oneribus dudum deuolutos fuisse, dictisque abbatissae et conuentui eiusdem monasterij sancti Bernhardi eosdem fructus, redditus et prouentus cum oneribus supradictis ex parte dicti dominij oblatos fuisse, dictosque abbatissam et conuentum ipsos ad se recipiendum recusasse, et propter hoc dictos fructus, redditus et prouentus ad dictam ecclesiam in Asparn omni uia, iure et modo quibus prius ad ipsam pertinebant, deuolutos fuisse et esse, prefatosque abbatem et conuentum dicti monasterij in Altenburg ex parte dicti dominij in Asparn, quatenus dicte ecclesie atque ipsius rectori ipsius nomine ipsos fructus, redditus et prouentus cum ipsorum possessione dimittere, tradere et assignare ac ab alijs tradi et assignari permittere curarent, saepius charitatiue requisitos fuisse et esse, ipsosque qualibet uice contra deum et iustitiam et in predicti domini Reinperti et sui dominij, ac ecclesiae antedictae non modicum preiudicium damnum et grauamen recusasse, et hodierna die iniuste et indebite recusare dictosque abbatem et conuentum ad dimittendum, tradendum et assignandum, omnes et singulos fructus, redditus et prouentus supradictos, et ab alijs tradi et assignari realiter et cum effectu compellendos fore et per uos compelli causis ex premissis, vestra diffinitiua sententia mediante, in hoc officium vestrum humiliter implorando.

Premissa omnia et singula petit dictus procurator melioribus, uia, jure et modo quibus potest, una cum expensis in et ob litem factis, quas aestimat ad quatuor libras denariorum et protestatur defaciendis (sic). Ad ullam tamen superfluam comprobationem, sed duntaxat ad eam, que ad sui intentionem sufficere uidentur (sic), se adstringens, de quo principaliter protestatur, saluo iure addendi, minuendi, corrigendi ac omnibus alijs iuris beneficijs, ut est moris.

Super quo quidem libello, lite legitime contestata positionibus et articulis ex eodem oblatis, exceptionibus, replicationibus, dupplicationibus, triplicationibus, quadruplicationibus hinc inde productis tandem interloquendo pronuncianimus, dictis positionibus et articulis per partem aduersam fore de jure respondendum, quibus cum sic sufficienter fuisset medio juramento responsum et pro parte dicti domini Reinperti de Walse prestitum calumniae iuramen-

tum, productisque hincinde literis, juribus et jnstrumentis, quibus dicte partes uti volebant, alijsque de iure seruandis seruatis, renuntiatisque ulterioribus productionibus et probationibus procuratoribus dictorum partium conseutientibus et petentibus ad concludendum in dicta causa statuimus terminum competeutem. Quo adueniente ac predictis precuratoribus coram nobis in iudicio constitutis, consentientibus et petentibus, nos una cum ipsis conclusimus et habuimus pro concluso, statuentes eisdem terminum peremptorium competentem ad audiendum in dicta causa ferri sententiam diffinitiuam. Quo termino adueniente et dictis procuratoribus in iudicio coram nobis propter hoc comparentibus ac dictam sententiam ferri instanter postulantibus, nos diligenter uisis et auditis juribus partium binc inde productis, et rationibus, probationibus et allegationibus eorundem cognitis et ipsius causae meritis ad plenum inuestigatis, deliberatione matura prehabita, communicatoque nobis consilio jurisperitorum sententiam in buiusmodi causa promulgauimus in hunc modum:

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum deum prae oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam pronuntiamus, decernimus et declaramus, omnes et singulos fructus, redditus et prouentus supradictos ad prefatam ecclesiam sancti Pangratij in Asparn pertinuisse, jpsosque per prefatum dominum Hadmarum de Sunnberg ad dictum monasterium in Altenburg, sicut premittitur, donatos fuisse, predictosque abbatem et conuentum ad omnia et singula onera premissa pro se et suis successoribus perpetuo peragenda et facienda se obligasse eosque non omnia, sicut premittitur pluribus annis peregisse, nec peragere die hodierna, ideoque omnes et singulos redditus et prouentus supradictos ad dictum monasterium sanctimonialium S. Bernhardi sub dictis oneribus dudum deuolutos fuisse dictisque abbatissae et conuentui eiusdem monasterij sancti Bernhardi eosdem fructus, redditus et prouentus cum oneribus supradictis ex parte dicti domini oblatos fuisse, dictosque abbatissam et conuentum ipsos ad se recipiendum recusasse, et propter hoc dictos fructus redditus et prouentus ad dictam ecclesiam in Asparn omni uia, iure et modo, quibus prius ad ipsam pertinebant, deuolutos fuisse et esse, prefatosque abbatem et conuentum monasterij in Altenburg ex parte dicti dominij in Asparn, quatenus dicte ecclesie atque ipsius rectori ipsius nomine ipsos fructus, redditus et prouentus cum ipsorum

possessione dimittere, tradere ac assignare, ac ab alijs tradi et assignari permittere curarent, sepius caritatiue requisitos fuisse et esse, ipsosque qualibet uice contra deum et iustitiam ac in predicti domini Reinperti et sui dominij ac ecclesie antedicte non modicum preiudicium, damnum et grauamen recusasse et hodierna die iniuste et indebite recusare, dictosque abbatem et conuentum ad dimittendum, tradendum et assignandum omnes et singulos fructus, redditus et prouentus supradictos et ab alijs tradi et assignari realiter et cum effectu compellendum fore et compellimus causis ex premissis nostra diffinitiua sententia mediante, prefatosque abbatem et conuentum in expensis in hac causa legitime factis condemnandum fore et condemnamus, quarum taxationem in posterum nobis reseruamus, in nomine patris et filij et spiritus sancti amen.

Lecta, lata et in scriptis promulgata est hec deffinitiua sententia anno domini millesimo quadringentesimo tertio decimo, indictione sexta, die uero septima mensis Julij, hora tertiarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Joannis diuina prouidentia pape uigesimi tertij anno eius quarto, Vienne, Pataniensis diocesis, in dote beate Marie virginis in Ottenhaim in coenaculo maiori, presentibus ibidem honorabilibus et discretis uiris dominis Friderico Prenner in artibus et in decretis baccalaureo, rectore parochialis ecclesie in Nidernhausen, Vlrico Lengentaler de Grinzing, Thoma de Rheza, presbiteris et clericis Patauiensis diocesis, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

In quorum omnium fidem et euidens testimonium premissorum presentes nostras literas seu hoc presens publicum jnstrumentum huiusmodi cause sententiam in se continentes seu continens exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandauimus, et quia sigillo proprio pro nunc caremus, ideo venerabilem virum dominum Joannem de Dobrasperg, decanum ecclesie collegiate omnium sanctorum alias sancti Stephani in Vienna ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Patauiensis diocesis, diligenter supplicauimus, quatenus ad huiusmodi rei euidentiam, robur et firmitatem sigillum suum presenti jnstrumento sententie diffinitiue appendere dignaretur. Datum et actum Vienne dicte Patauiensis diocesis anno, jndictione, die mense, hora et pontifice, presentibus testibus quibus supra.

Et ego Joannes Seld clericus Patauiensis diocesis, publicus jmperiali authoritate, predictorum conclusionum, petitionum sententie diffinitiue promulgationum, expensarum condemnationum (sic) omnibusque alijs et singulis premissis, dum sicut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus anno, die, mense, hora, jndictiune, pontifice et loco subscripto presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri, nec non agi uidi et audiui, ideoque de mandato dicti domini licentiati et commissarij, hoc presens publicum jnstrumentum manu mea propria scripsi et in hanc puhlicam formam redegi, et signo ac nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli domini decani prefati, sicut premittitur, pro eo rogati, signaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium euidens omnium et singulornm premissorum.

Abschrift im sogenannten rothen Buche des Minoritenklosters zu Asparn an der Zaya S. 34.

CCCLIV.

1414, 7. Septemher, Wien. — Notariatsinstrument des Johannes Cepek von Laibach (de Layhaco) über folgende Sache: Nach dem Tode des Pfarrers Friedrich Dremel war der Johann Chölhel vom Johann von Dohrasperg, Dechant der Stiftskirche St. Stephan zu Wien, zum Pfarrer von Rörenpach ernannt worden, war jedoch vom Stift Altenhurg und insbesonders von dem Stiftsprofessen Johann Lewbser an der Besitzergreifung seiner Pfarre gehindert worden, da er sich weigerte, jährlich 20 Pfund Wiener Pfenninge von den Pfarreinkünften dem Stifte zu zahlen; nun erklärte er sich aber vor dem obgenannten Notar gegen den Meister Mathias von Walsse, Pfarrer in Lasperg und Procurator des Stiftes, zur jährlichen Zahlung dieser 20 Pfund bereit, und wurde vom Stifte als Pfarrer anerkannt.

Datum: jn dote sancti Michaelis Wienne, in cenaculo, 1414, etc., die vero Veneris septima mensis Septemhris, etc.

Zeugen: Die Pfarrer Nicolaus in Liechtenwerd und Nicolaus Sartor des Körper Christi Altars zu St. Michael in Wien, Haimo von Andernach, Frühmesser zu St. Michael in Wien, und Johann Hoffmayster von Yhhs.

Unterfertigung: Handmal und Unterschrift des Notars.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg.

CCCLV.

1414, 25. November. — Purchhart der Druchsetz und die Brüder Marcus (Marx), Mathias und Martin von Tyrna verkaufen den beiden Vettern Jost und Johann von Hoffkirchern die 2 Dörfer Wenig-Japans und Ulreichslag mit aller Zugehörung um 392 Pfund guter Wiener Pfenninge.

Siegler: Die 4 Verkäufer, und Otto der Waser, Pfleger zu Wildberg.

Datum: 1414, an sand Katherinen tag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 5 Siegel.

CCCLVI.

1416, 24. Juni. — Albrecht von Pucham, oberster Truchsess in Österreich, schenkt der Stiftspfarre zu St. Jacob in Aigen den Drittlzehent zu Reikhenreut.

Datum: 1416, an sannt Johannss tage.

Orig. im Archive der Pfarre Aigen. Eine Abschrift im Stifte Altenburg.

CCCLVII.

1417. — Ulrich, des Herrn von Meissaw Schaffer zu Alantstegy, und seine Frau Katharina (und ihre Erben) verkaufen dem Mathias, Diener des Abtes Cunrat von Allten-wurchk, zwei Joch Weingarten zu Czewing an dem Häsleich, genannt der Sonwerger, nächst Johann dem Pôgner von Chkrems, welche jährlich als Burgrecht 12 Pfenninge dienen für den Abt von Altenwûrchk an dessen Amtmann Ulrich im Jumkchel zu Czewing, und 2 Pfenninge zu der St. Nicolauskapelle zu Lews in dem Obern-Aygen, und 2 Pfenninge für den Herrn von Dachsperkch an dessen Amtmann Ulrich den Hunder, Bürger zu Lews, „vmb ain gûtt, daran vns wol genûgt hat."

Siegler: Der Aussteller der Urkunde Ulrich, Conrad Abt von Altenwurchk, Ulrich Kaplan zu St. Nicolaus in Oberlews und Ulrich der Hunder, Bürger zu Lews.

Datum: 1417, Amen.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 4 Siegel.

CCCLVIII.

1417, 1. August. Wien. — Johann von Rorbach, Hofmarschall des Herzogs Albrecht von Österreich (und seine Erben), verkauft mit Handen seines Grundherrn Michael des Sůchenschacz, Pfarrers zu Czebing und Chorherrn zu sant Stephann zu Wienn, dem Johann dem Tumbriczer und dessen Erben sein Eigen, einen Weingarten am Kugelberg, nächst Conrad des Chropphs, Pflegers zu Senftemberg Weingarten, genannt die Secz, von dem man dem Pfarrer zu Czebing jährlich 6 Wiener Pfenninge Grunddienst dient, „um ein summ gelts".

Siegler: er selbst, Michael der Suchenschacz, Pfarrer zu Czebing und Chorherr bei St. Stephan zu Wienn, und Johann der Panhalm, Kämmerer des Herzogs Albrecht von Österreich.

Datum: cze Wienn, an Freitag nach sant Jacobs tag, 1417.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

CCCLIX.

1417, 11. November, Wien. — Herzog Albrecht V. von Österreich erneuert und bestätigt die Mautfreiheit für Getreide, Wein und sonstige Bedürfnisse des Stiftes Altemburg.

Siegler: nicht angegeben (der Herzog).

Datum: ze Wienn, an sant Marteins tag des heiligen bischofs, 1417. — Dominus dux praesente consilio.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel rückwärts aufgedrückt.

CCCLX.

1417, 15. November, Wien. — Herzog Albrecht V. von Österreich bestätigt die Gnade seines Ahns Herzog Albrechts III. von Österreich (siehe die Urkunde Nr. CCLXXXIV. ddo. 5. December 1372), wornach die Gülte des Stiftes Altemburg von 10 Schilling Wiener Pfenningen auf behausten Holden in den Ziegelöfen vor dem Kernerthor zu Wienn nicht abgelöst werden darf, was auch schon sein Vater Herzog Albrecht IV. bestätigt hatte.

Siegler: nicht angegeben (der Herzog).

Datum: ze Wienn, an Mentag vor sant Othmaren tag, 1417 — Dominus dux in consilio.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Vom herzogl. Sieget nur noch Bruchstücke vorhanden.

CCCLXI.

1419, 12. Mai, Wien. — Notariatsinstrument des öffentlichen kaiserlichen Notars Martin Rämel von Scherding, wornach die Probstei St. Nicolaus bei Passau durch ihren Prokurator Johann von Strawbing Stiftskanoniker einer-, und Johann Molitor beständiger Vicar der Pfarre Stregen andererseits, in ihrem Streite über gewisse Zehente auf den Dr. Heinrich, Dechanten der Passauer Kirche, compromittiren.

Datum: Wienne in stuba maiori domus habitationis prefati domini decani in platea dicta Sûnigerstrazz site, 1419, etc., die vero Veneris duodecima mensis Maij.

Zeugen: Conrad Paizz, Canoniker der Breslauer Kirche, Johann Wogawer und Johann Gwerleich Bacealaure, und Ulrich Hawsekker, Pfarrer der Kirchen St. Margareth am Mos (super Mos), in Ydungspeug und in Manswerd.

Unterfertigung: Handmal und Unterschrift des Notars.

Orig. im Stifte Attenburg. Perg.

CCCLXII.

1419, 24. October, Russbach. — Dr. Heinrich von Kitzpühel, Dechant von Passau und Pfarrer in Rusbach, spricht als erwählter Schiedsrichter das Urtheil in der Streitsache zwischen der Probstei St. Nicolaus vor Passau unter Probst Martin und dem Johann Molitor, Pfarrer zu Stregen, betreffs mehrerer grosser und kleiner Zehente zu Newnpauch, Modring, Frawnhofen und auf dem wüsten Platze, wo einst das Schloss Tursenstain gestanden.

Siegler: er selbst.

Datum: in Rusbach, etc., 1419, etc., die uero Martis vicesima quarta mensis Octobris.

Zeugen: Johann Pawrl, Pfarrer in Pirchuwortt, Christian Müldorffer Cleriker, und Leonhard Grobner Laie.

Unterfertigung: Handmal und Unterschrift des öffentlichen kaiserlichen Notars Conrad, Sohnes des Ortolin von Velden, Clerikers der Freisinger Diöcese.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

CCCLXIII.

1421, 22. Februar. — Peter Vogl von Wuldesdorf und seine Frau Margaretha verbinden sich gegen den Abt Conrad von Altenburg, dem Johann dem Sweblein, Sohn der Margarethe und Stiefsohn des Peter Vogl, durch 6 Jahre, vom Tage dieser Urkunde an, als Gerhaben getreulich vorzustehen, und in dieser Zeit alle Robot und Steuer, welche auf den dem Knaben gehörigen halben Theil des Lehens zu Kelichdorf entfallen mag, ohne Schaden des Mündels zu leisten, bei Strafe der Bestiftung dieses Lehens.

Siegler: Johann der Behem, Bürgermeister, und Stephan der Walher, Stadtrichter zu Egenburg, beide für den Peter Vogl, der kein eigenes Siegel hat.

Datum: 1421, an sand Peters tag in der Vassten als er auf seinen pȧbstleichen stul gesaczt ward.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

CCCLXIV.

1423, 30. September. — *Andreas, Suffragan-Bischof von Passau, verlegt den Kirchweihtag im Stifte Altenburg vom ersten Sonntag nach Martini auf den Sonntag Misericordia domini und verleiht dem Stifte einen Ablassbrief.*

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos Andreas dei et apostolice sedis gratia episcopus Victricensis et pro tunc suffraganeus curie Patauiensis salutem in domino sempiternam. Cordi nobis est diuinum cultum, quantum nobis ab acto conceditur, nostris temporibus adaugere. In hac enim dominice passionis recolitur memoria Christus ipse . . . . . et pro uiuorum ac mortuorum salute ymmolatur hostia salutaris. Cum itaque nos anno domini M. quadringentesimo vicesimo tercio, vltima die mensis Septembris monasterium sancti Lamberti jn Altenburch cum suo cimiterio reconciliauimus, dies dedicacionis predicti monasterij Patauiensis diocesis hactenus haberi consueuit dominica proxima

Martini, et fidelis populus ad dedicacionem huiusmodi non in tantum confluit, sicud si idem festum alio tempore celebraretur, nobis fuit humiliter per venerandum in Christo patrem ac dominum dominum Connradum abbatem tunc temporis predicti monasterij cum suo toto conuentu supplicatum, quatenus ipsam dedicacionem more benigni patris ex hijs et alijs causis nohis expositis transponere dignaremur. Nos uero attendentes peticionem huiusmodi fore iustam et consonam rationi, anniuersarium dicte dedicacionis eisdem ex causis et ex certa sciencia auctoritate ordinaria qua fungimur in hac parte duximus transponendum atque transponimus per presentes, statuentesque ipsum die dominica, qua in ecclesia dei canitur „misericordia domini“ perpetuis temporihus peragendum. Et ut Christi fideles diuinum cultum in eodem monasterio eo feruencius visitent et illuc confluant, nos omnibus vere penitentihus et confessis, qui dictum monasterium in anniuersario eiusdem dedicacionis jn festiuitatibus natiuitatis circumcisionis epyphanie domini et per octauas gloriosissime virginis Marie beatorum apostolorum omnium sanctorum et in commemoracione omnium animarum et presertim in patrocinijs predicti monasterij deuote visitauerint et ad [conservationem] et fabricam ipsius monasterij suas manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostulorum eius confisi suffragijs quadraginta dies indulgencie de iniunctis sibi penitencijs misericorditer in domino relaxamus, harum sub appensione nostri sigilli testimonio litterarum. Datum anno die et loco prenotatis.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

CCCLXV.

1427, 19. August. — Johann von Rorwach, Hofmarschall Herzog Albrecht V., verkauft seinem Schwager Johann dem Hofkircher 1 Joch Weingarten zu Pfaffstetten um 50 Pfund Wiener Pfenninge schwarzer Münze.

Siegler: er selbst, Stephan Doss, Pfleger zu Laa, und Johann Span, Richter zu Laa.

Datum: 1427, am Eritag nach unser fraun tag zu der schidung.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das erste Siegel fehlt, die beiden andern vorhanden.

CCCLXVI.

1428, 14. März. — Erasmus Dressidler leistet auf das durch den Tod seines Vetters Georg Dressidler an ihn gefallene Kirchlehen zu Puech zu Gunsten seiner Muhme Barbara, Tochter des Georg Dressidler, Verzicht.

Siegler: er selbst, Georg von Treven gesessen zu Sighartz, und Johann der Rudolffhofer gesessen zu Dyetmars.

Datum: 1428, Sontag zu Mitterfasten.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

CCCLXVII.

1433, 10. Februar, Wien. — *Herzog Albrecht V. von Österreich nimmt das Stift Altenburg mit allen dessen Unterthanen und Gütern in seine besondere Gnade und Schirm.*

Wir Albrecht von gotes gnaden hertzog ze Österreich, zu Steir, zu Kernden vnd zu Krain, markgraf zu Merhern, vnd graue zu Tyrol etc., bekennen, daz wir den ehrsamen geistleichen, vnsern lieben andechtigen den abbt vnd seinen convent zu Altenburg mitsambt demselben seine gotshaws, vnd allen iren lewten vnd gütern in vnser sünder gnad vnd scherm haben genomen, vnd nemen auch wissentleich mit dem brief vnd mainen ernstleich, daz si dawider nyemant beswer in dhain weis. Dauon empfelhen wir vnsern getrewn Vlreichen dem Eytzinger, vnserm hauptman zu Egenburg, vnd Kolman dem Grasser, vnserm phleger zu Gors, vnd wellen ernstleich, wenn si baide oder welher vnder jn von demselben abbt oder den seinen angerufft werden, daz si jn dann in allen iren sachen beygestendig, ratsam, vnd geholffen seyn, vnd si auch von vnserm wegen schirmen vor gewalt vnd vnrecht, so si best mügen. Das ist gentzleich vnser maynung. Mit vrkunt des briefs, geben zu Wienn, an sant Scolasticen tag, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.

Dominus dux per se.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

CCCLXVIII.

1435, 3. Jänner (?). — Lorenz Abtmaer gesessen zu Mertensdarff, für sich und seinen Sohn Caspar, beurkundet,

dass der Abt Conrad und der Convent zu Altenburkg ihm und seinem Sohn auf beider Lebenszeit den Hof zu Mertensdorff in der Garser Pfarre mit Ausnahme des Grunddienstes in Bestand gegeben haben gegen eine jährliche Leistung von 5 Muth Getreide (1 Muth Weizen, 1 Muth Korn und 3 Muth Hafer, „als vnser kchastenmass"), doch sind ihnen für die ersten 2 Jahre 10 Metzen von jeder Sorte erlassen.

Siegler: Die edlen Colomann der Grasser, Pfleger zu Gars, und Erhard der Lacher für den Aussteller, der kein eigens Siegel hat.

Datum: 1435, an dem acten tag der heiling vnschulding kindlein.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

CCCLXIX.

1435, 21. Jänner, Passau. — *Leonhard, Bischof von Passau, zeigt dem Pfarrer in Horn an, dass er das erledigte Vicariat Riedenburg dem vom Abte Konrad von Altenburg präsentirten Andreas Hohenperger verliehen habe.*

Leonardus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Patauiensis, dilecto in Christo rectori ecclesie parochialis in Horn aut eius locumtenenti nostre dioecesis salutem in domino. Quia ad perpetuam vicariam ecclesie sancti Nicolai in Rietenburg eiusdem nostre dioecesis vacantem ad presens per liberam dimissionem dilecti in Christo Johannis Kolb presbyteri vltimi et immediati rectoris eiusdem ob assecutionem alterius beneficii dilectum in Christo Andream Hohenberger, clericum dicte nostre dioecesis, ad presentationem venerabilis in Christo sincere dilecti Conradi abbatis monasterii sancti Lamberti in Altenburg ordinis sancti Benedicti memorate nostre dioecesis, ad quem jus presentandi supradicte vicarie pertinere dinoscitur, rectorem instituimus per presentes, jpsumque per libri traditionem ut moris est presentialiter inuestiuimus de eadem curam animarum et administrationem spiritualium et temporalium sibi in ea plenarie committens. Quapropter tibi in virtute sancte obedientie firmiter committimus et mandamus, quatenus supradictum Andream aut eius in hac parte legitimum procuratorem in et ad corporalem possessionem supranominate perpetue vicarie ecclesie in Rietenburg, iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem inducas et inductum defendas,

faciasque sibi de fructibus redditibus proventibus iuribus et obuentionibus vniversis ad dictam vicariam perpetuam spectantibus ab omnibus quorum interest, integre responderi, contradictores et rebelles quoscunque auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam firmiter compescendo. Datum Patavie, vicesima prima die mensis Januarii, anno domini millesimo qnadringentesimo tricesimo quinto.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

CCCLXX.

1436, 29. Juli. — Abt Wilhelm von Gerus und Pernegk, Katharina die Priorin und der Convent zu Pernegk verkaufen dem Johann dem Muntzken gesessen zu Lybnitz und seiner Frau Barbara, Tochter des weiland Johann des Pielacher, eine Gülte von 1 Pfund auf einem Lehen zu Alberndorf um eine Summe Geldes.

Siegler: der Abt, die Priorin, und Thomas Neudekker, Hauptmann zu Drosendorf.

Datum: 1436, Sontag nach St. Jacobs tag des merer des heiligen zwelfpoten.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

CCCLXXI.

1437, 24. Juni. — Katharina, Tochter des weiland Johann des Prewär, und ihr Ehemann der ehrbare Knecht Mathias der Ebentalår setzen sich gegenseitig testamentarisch zu Erben ein.

Siegler: Kraft der Fuchs siegelt für die Frau Katharina, welche kein eigen Siegel hat. — Mathias der Ebentalår, Georg der Hagår sein Burgherr, und Johann der Pernestörffår.

Datum: 1437, an sand Jobans tag ze sunibenndenn etc.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 4 Siegel.

CCCLXXII.

1437, 20. Juli, Altenburg. — *Mathias, episcopus Vitricensis et cooperator in pontificalibus Leonardi episcopi Patauiensis, ertheilt dem Stifte Altenburg und den Kirchen in Stregen, Röhrnbach und Fuglau nach ihrer Wiederherstellung aus der hussitischen Verwüstung einen Ablassbrief.*

Nos Mathias dei et apostolice sedis gracia episcopus Vitricensis, cooperator in pontificalibus reuerendissimi in Christo patris et domini domini Leonardi eadem gratia episcopi Patauiensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua ineffabili mundum illustrat claritate, pia vota fidelium declemencia ipsius maiestatis sperancium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cum igitur monasterio sancti Lamberti in Altenburg ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis eiusque ecclesijs capellis ac altaribus annexis ex speciali comissione dicti domini episcopi Patauiensis necnon eius filialibus ecclesijs videlicet ecclesiis sanctorum Petri et Pauli apostolorum in Stregen, sancti Michahelis archangeli in Rörenpach, et sancti Nicolai in Fukla dicte Patauiensis diocesis post lamentabilem nephandissimorum hereticorum videlicet Hussitarum excecracionem conbustionem destruccionem domini auxiliante prima die mensis July et inmediate quatuor diebus sequentibus consecracionis et reconciliacionis beneficium inpenderimus, et quia diuine disposicionis arbitrio ad huiusmodi pontificatus simus assumpti, beneficium et hoc inter alias karitatis operas et sollicitudines votis ardentibus affectamus, qualiter vigili et operoso ministerio fideles Christi acceptabiles nos reddamus. Cupientes ergo Christi fideles quibusdam muneribus allectiuis videlicet indulgenciarum et peccatorum remissionibus ad deuocionem invitare, et ut eciam dictum monasterium eius ecclesie filiales et capelle antefate congruis honoribus frequententur et a Christi fidelibus ingiter venerentur, omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui in festiuitatibus infrascriptis videlicet natiuitatis circumcisionis epyphanie parasceuene resurreccionis ascensionis domini nostri Jhesu Christi et penthecosten et in omnibus festiuitatibus beate virginis Marie et in festiuitatibus sancti Johannis Baptiste et beatorum Petri et Pauli apostolorum et beatorum martirum Stephani Laurencyque beatorum Martini episcopi Leonardi confessoris Benedicti

abbatis, sanctarum virginum Barbare Dorothee vndecim milium virginum necnon in festiuitatibus ..... ac dedicacione earundem ecclesiarum sew capellarum et presertim in dedicacione predicti monasterij, cuius dedicacionem futuris temporibus dominica, qua in ecclesia dei canitur „Misericordia domini“ volumus celebrari, causa deuocionis confluxerint ibique deo et sanctis eius vota persoluerint, seu manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli confisi suffragijs quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitencijs misericorditer in domiuo relaxamus nostri sub appensione sigilli. Datum in Altenburg, Sabbato ante Marie Magdalene, anno domini M. quadricentesimo trigesimo septimo.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 1 Siegel.

CCCLXXIII.

1437, 23. August. — Christoph Dachpeck und seine Schwester Elisabeth, Frau des Jacob des Gräuenperger, verkaufen dem Johann Kursner, Richter zu Rabtz, einige Gülten und Zehente.

Siegler: Ulrich Neidekker von Rabtz, Friedrich Garas und Johann Muntzk.

Datum: 1437, an sant Bartholomäus abend.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

CCCLXXIV.

1437, 10. October. — Georg und Nicolaus, Gebrüder, genannt die Reybem von Fukla, (und ihre Erben) verkaufen dem Abt Konrad und dem Convent zu Altenburig eine Gülte von 3 Schilling Pfenninge auf Liegenschaften zu Fukla um 7 Pfund Wiener Pfenninge.

Siegler: sie beide selbst (im Siegel Reibann), und der ehrbare weise Caspar der Schratnhaymer gesessen zu Geuell.

Datum: 1437, am nagsten Phinztag vor sand Chalmans tag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

CCCLXXV.

1438, 30. März. — Erhard Witig zu Hewndorff, seine Frau Martha und ihre Erben verkaufen dem Abt Conrad und

dem Convent zu Altenburg fünf Viertel Weingarten, genannt der Friczensdorffer, in der Reichenpewnt zu Hewndorff nächst den Weingärten des Spitals von Weyttra und des Pûllinger von Eysenbergk, und eine Au dabei und 3 Pfenninge von einem Wege in der Hewndorffer Mühle um 58 Pfund Wiener Pfenninge.

Siegler: Der ehrwürdige Herr Stephan der Strein, Pfarrer zu Gobelsburg, auf Bitten des Herrn Jacobs Paltram, Kaplans dieser Kirche und Burgherrn des Weingartens, und der ehrbare weise Ulrich Slunt, Bürger und Rathsherr zu Lewbs.

Datum: an dem swarczen Suntag, 1438.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 beschädigte Siegel.

CCCLXXVI.

1438, 17. September, Zöbing. — Johann Pêncz zu Zebing, seine Frau Margareth und ihre Erben kaufen vom Abt Conrad und dem Convent zu Altenburgk ein Haus zu Zebing, unterhalb des Hauses, das einst dem Prêntlein gehört hatte, nächst dem Altenburger Hofe um 12 Wiener Pfenninge; doch ist der Platz im Garten beim Hause, wo das Stift eine Küche erbaut hat, vom Kaufe ausgeschlossen und verbleibt mit Willen des Grundherrn, Herrn Thomas Polan Pfarrers zu Zebing, beim Stifte.

Siegler: Thomas Pfarrer zu Zebing für die Aussteller, welche kein eigenes Siegel haben, und der ehrbare Ulrich Slunt, Bürger zu Lewbs.

Datum: zw Zebing, 1438, an sand Lambrechts tag des heiligen pischolff vnd martrer.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

CCCLXXVII.

1438, 9. November. — Christoph Dachpeckh verkauft dem Johann Kursner einen Hof zu Alberndorf mit Zugehörung und einige Gülten.

Siegler: Friedrich Garas zu Lintaw, Ulrich Neidekcher zu Chogendorf und Paul Chling von Grassaw.

Datum: 1438, Sontag vor sand Merlens tag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das erste Siegel beschädigt, das zweite fehlt, das dritte erhalten.

CCCLXXVIII.

1440, 31. Jänner. — Christoph Dapekch verkauft dem Johann Chursner, Richter zu Ragez, eine Gülte zu Limbtz.

Siegler: Friedrich Garas, Ulrich der Neydekcher, und Caspar der Ilachenpartter von Grucnpach.

Datum: 1440, Sontag vor unser lieben frauen tag der lichtmesse.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das erste und dritte Siegel beschädigt, das zweite erhalten.

CCCLXXIX.

1440, 19. December. — Ursula, Tochter des Johann des Volkra und Frau des Egidius des Grewl von Ober-Reczpach, beurkundet, dass ihr Gemahl ihr zur Heimsteuer und Morgengabe unter anderm einen Weingarten, genannt der Potzmann, zu Reczpach mit einem jährlichen Dienste von 36 Wiener Pfenningen und zur Weinlesezeit vier Drittel Most als Bergrecht an das Stift Altenburg verschrieben habe; da aber die betreffende Urkunde nur 32 Pfenninge und den Mostdienst gar nicht anführt, so verpflichtet sie sich hiemit, den wahren und vollen Dienst zu leisten.

Siegler: ihr Vater Johann der Volkra für die Ausstellerin der Urkunde, und der ehrbare Conrad der Hůendler, Stadtschreiber zu Egemburg.

Datum: 1440, an Montag vor sand Thamans tag des heiligen zwelifpoten.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel.

CCCLXXX.

1442, 31. Jänner. — Peter Grassawer verkauft dem Johann Muntzk seine Fischweide auf der böhmischen Thaya.

Siegler: er selbst, Paul der Weinzirler, und Peter der Prewer, Richter zu Waidhofen an der Theya.

Datum: 1442, Mitwoch vor lichtmess.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel, die ersten beiden zerbrochen.

CCCLXXXI.

1442, 20. December. — Leonhard Orthaber, Caplan der Chorherrn bei St. Stephan zu Wienn, erklärt in Folge des in seiner Streitsache mit Abt Conrad und dem Convent zu Altemburg geschehenen Ausspruches, alle Briefe mit dem Siegel des Abtes, welche ein Haus und Baumgarten zu Strenyng und 2 Weingärten daselbst am Gaisberg betreffen, für todt und nichtig.

Siegler: Die ehrbaren weisen Nicolaus der Purger, Bürger zu Wienn, und Ulrich Hirssawer, Stadtschreiber daselbst, für den Aussteller der Urkunde, der kein eigenes Siegel hat.

Datum: an sandt Thomans abent des heiligen zwelfpoten, 1442.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das erste Siegel vorhanden, das zweite fehlt. — Über dieselbe Angelegenheit ist auch ein Notariatsinstrument des Christoph Päbinger vom 23. December 1442, Wien, im Stifte vorhanden.

CCCLXXXII.

1443, 24. März. — Johann Plankebner, Mautbner zu Aschach, (und seine Erben) verkauft dem Stifte Altenburg 8 Joch Äcker, genannt der Grundacker, im Abtsberg längs des Laherwegs gegenüber der Magern Henn und zwischen den Gründen der Heiligenkrewtzer im Oberngeiselberg am Newsidlerweg und dem Weingarten der Niclasinn der Laynerjnn gelegen, um 18 Pfund Wiener Pfenninge.

Siegler: er selbst, und der ehrbare weise Johann der Hilkernig, Richter zu Aschach.

Datum: 1443, am Suntag als man singet Oculi jn der Vassten.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 2 Siegel, wovon das zweite etwas beschädigt.

CCCLXXXIII.

1443, 11. April. — Johann Kursner, Richter zu Rabtz verkauft dem Johann Muntzken mehrere Gülten.

Siegler: Das Markgericht Rabtz, Johann der Ruedlhoffer, Friedrich der Garas und Caspar der Hochenbart.

Datum: 1443, an Pfintztag vor dem Palmtag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 4 Siegel.

CCCLXXXIV.

1443, 6. Juni. — Christoph Dachpekeh verkauft dem Johann Muntzken, Burggrafen in Rabtz, eine Gülte zu Libnitz.

Siegler: Friedrich Garas, Johann der Ruedelshoffer und Kaspar der Hochenbarter.

Datum: 1443, am Pfintztag vor dem heiligen Pfingstag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel, das erste zerbrochen.

CCCLXXXV.

1443, 22. Juli, Rabs. — Stephan Grünauer verkauft dem Johann dem Muntzken einige Gülten zu Libnitz.

Siegler: er selbst, Bartholomäus Topler von Hirspach und Erhard der Sleynzer.

Datum: 1443, am Maria Magdalena tag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel.

CCCLXXXVI.

1443, 10. September. — Notariatsinstrument des öffentlichen kaiserlichen Notars Leonhard von Stain aus der Aquilejer Diöcese über den zwischen den Pfarrern Wenzel in Stregen und Johann von Ötting in Chnüttelfeld verabredeten Tausch ihrer Pfarreien.

Datum: jn domo habitationis .... Dytmarj medicine arciumque liberalium doctoris .... canonici .... Patauiensis nec non plebani ..... in Chirchperg, 1443, etc., decima die mensis Septembris.

Zeugen: Dr. Dictmar, Lorenz von Obergurg Licentiat, Johann Chöll Canoniker bei St. Stephan in Wien, und Johann Seuelder Baccalaureus.

Unterfertigung: Handmal und Unterschrift des Notars.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg.

CCCLXXXVII.

1443, 2. November, Wien. — Conrad, Abt von Altemburg, präsentirt dem Leonhard, Bischof von Passau, den Johann Stauthaymer, derzeit Pfarrer in Knüttelueld, Seckauer

Diöcese, der mit dem Pfarrer Wenzel in Stregen tauschen will, zu der Pfarre Stregen

Siegler: er selbst.

Datum: Wienne, die Sabbati secunda mensis Nouembris, 1443.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das Siegel fehlt.

CCCLXXXVIII.

1443, 3. November, Wien. — Notariatsinstrument des öffentlichen kaiserlichen Notars Nicolaus, Sohnes des Gerlach von Kunigsberg, wornach der Pfarrer Wenzel von Stregen den Dr. Johann Seld, den Thomas Hadmar Dechant bei St. Stephan zu Wien, den Magister Johann Aychelperger, den Lorenz von Oberngurk, den Licentiaten Berthold Gugk und den Notar Alexander zu seinen Procuratoren ernennt zur Betreibung der Angelegenheit vor dem Bischof Leonhard von Passau betreffs des Tausches seiner Pfarre mit dem Pfarrer Johann Stauthaimer in Knüttelueld.

Datum: Wienne, in stuba domus solite .... ipsius dominj constituentis site retro collegium juristarum, 1443, etc., die vero dominica tercia mensis Nouembris.

Zeugen: Magister Simon Weyssenpach von Leubestorff, und Johann Wurm von Meyssaw.

Unterfertigung: Handmal und Unterschrift des Notars.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg.

CCCLXXXIX.

1445, 28. Mai, Wien. — Johann (Jan) von Lisa und sein Frau Anna (und ihre Erben) verkaufen dem Abt Conrad und dem Convent zu Altenburg ihr Burgrecht, 2 Joch Weingarten genannt die Leytten, zu Parestorff zwischen den Weingärten der geistlichen Herren zu Tirnstain und des Pfarrers im Spital zu Horn, und ein Joch Weingarten zu Phafsteten zwischen den Weingärten der Lebin und Wolfgangs des Letzelter, um eine Summe Pfenninge.

Siegler: er selbst, der edle Ulrich Ziseherl und der ehrbare Ulrich Hirssawer, Stadtschreiber zu Wienn.

Datum: zu Wienn, an Freytag vor sand Petronellen tag, 1445.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das erste Siegel fehlt, das zweite halb zerbrochen, vom dritten ein Rest.

CCCXC.

1445, 24. September, Wien. — Andreas Benedicter der Äehter, Caplan der von Meister Albertin bei unserer Frauen Altar zu St. Steffan zu Wienn gestifteten ewigen Messe, (und seine Nachfolger) gibt dem Johann Kieler, Bürger zu Wienn, eine Gülte von 12½ Pfund Pfenningen Burgrechts auf dessen Hause in der Kêrnerstrasse, oben am Eck bei dem Kernerthor nächst Ulriehs des Flöderl des Schlossers Hause, um 100 Pfund Wiener Pfenninge abzulösen.

Siegler: Conrad der Strobel, Bürger zu Wienn, und Ulrieh Hirssawer Stadtschreiber daselbst siegeln für den Aussteller der Urkunde, der kein eigen Siegel hat.

Datum: Zu Wienn an Freitag sand Ruprechts tag des heiligen bischouen, 1445.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Das erste Siegel beschädigt, vom zweiten nur ein Bruchstück.

CCCXCI.

1446, 24. September. — Hermann Schad zu Lengenueld (und seine Erben) verkauft dem Abt Conrad und dem Convent zu Altenburch seinen Hof zu Fukla, der früher dem Heinrich dem Sulczer gehört hatte, mit Zugehörung, um 400 Pfund Pfenninge der alten schwarzen Münze.

Siegler: er selbst, und die edlen Albrecht Pusschinger zu Achspach und Stephan der Tauner, des Hermann Schad Burggraf zu Schaunstain.

Datum: 1446, am Sampeztag vor sandt Michels tag.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. 3 Siegel, woron das erste sehr beschädigt.

CCCXCII.

1447, 10. Februar. — Agnes, Tochter des weiland Johann des Vischer an der Klasmüll, (und ihre Erben) verkauft ihrem Stiefvater dem edlen Mathias dem Ebentaler und dessen Frau Barbara ihrer Mutter und derer Erben ihren halben Theil und Gerechtigkeit mit Zugehörung an der Klas-Mühle, ihr Erbe theils vom Vater, theils von ihrem verstorbenen Bruder Kaspar, welche Mühle (die ganze) jährlich der Witwe des Rapper von

Rasenhart und deren Erben 12 Schilling Pfenninge und 2 Pfund Öl oder dafür 16 Pfenninge dient, um 56 Pfund Wiener Pfenninge.

Siegler: Johann (Jan) von Jewschpitz zu Zydoltzperg siegelt für die Agnes, die kein eigen Siegel hat; und Otto Eybekch (im Siegel Eiverbek) zu Gfell.

Datum: an Freitag nach sand Dorothe tag, 1447.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Von einem Siegel nur ein Rest, das zweite vorhanden.

CCCXCIII.

1447, 16. April. — Ulrich Eyczinger von Eyczing gibt dem Abt Conrad und dem Convent zu Altenburg mit Willen des Lehensherren, des römischen Königs Friedrich (IV.) als Vormunds des Königs Ladislaus, eine Gülte von 3 Pfund und 41 Pfenningen, 2 Mut Weitzen und 2 Mut Hafer Egenburger Maass zu Phafsteten auf behaustem Gut und auf Burgrechts-Weingärten gegen den Hof zu Merteinstorf mit Zugehörung und eine Gülte von 11 Schilling Pfenninge auf behaustem Gut und Überländen zu Merteinstorf.

Siegler: er selbst, sein Bruder der edle Herr Oswald Eiczinger von Eiczing, und der edle Christof Stoyczendorffer sein Diener.

Datum: an Suntag nach dem heyling Ostertag, 1447.

Orig. im Stifte Altenburg. Perg. Von den beiden ersten Siegeln nur Bruchstücke, das dritte erhalten.

CCCXCIV.

1447, 14. December, Wien. — *Johann Cardinallegat de latere in Deutschland ertheilt dem Stifte Altenburg einen Ablassbrief.*

Johannes miseracione diuina sancti Angeli sacrosancte Romane ecclesie diaconus cardinalis, in Germania sancte sedis apostolice legatus de latere specialiter deputatus, vniuersis Cbristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat inneffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperancium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur

